EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 6. 62.

1711

REVERENDI PATRIS
ANTONII VAN TORRE
E SOCIETATE JESU

DIALOGI FAMILIARES

LITERARUM TYRONIBUS
In pietatis, ſcholæ, ludorum exercitationibus utiles, & neceſſarii, jam ſæpius in locis Belgii variis vario ſermone Latino, Belgico, Gallico editi.

NUNC DENUO GERMANICE redditi, atque in uſum ſcholarum, & puri ſermonis cultorum recuſi
Ab aliquo ejuſdem Societatis.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud JOANNEM ENGELERT,
neben der Unnau. 1711.
Cum Gratiâ, & Privilegio S. C. Majeſt.

BIBLIOTH

SANCTI ANGELI,
RUDIS ÆTATIS
CUSTODES, PATRONI, PÆDAGOGI,
VOBIS
LIBELLUS HIC SACER ESTO:
TUTELAM QUÆRIT:
TUTELARES ESTIS.
SCHOLARUM UTILITATEM SPECTAT,
SINE VOBIS
UTILIS ESSE NON POTEST.
AJEBAT PLATO
ABESSE A SCHOLA MENTEM,
CUM ARISTOTELES ABERAT.
VOS TOTI MENS ESTIS:
ABERIT A SCHOLIS MENS,
A QUIBUS VESTRUM PRÆSIDIUM.
ALTAM IGITUR MENTEM
AD HUMILES EXEDRAS,
AD LITERARIUM PUERORUM LUDUM,
QUÆSO, DEMITTITE.
VOS AMOR, SCIO, VOS CURA,
VOS DIVINUM IMPERIUM
VOLENTES HUC ABJICIT.

HIC VESTRORUM CLIENTIUM

PRIMOS CONATUS PROVEHITE.

ILLIS INGENIUM

ET AMOREM LITERARUM

INSPIRATE.

CUM LATINE LOQUENDUM ERIT,

VERBA SUBJICITE:

QUÆ EX HOC LIBELLO HAUSERINT,

MEMORIÆ ILLORUM AFFIGITE.

QUI LIBELLO FRUCTUS CONSTITERIT

VOBIS DEBEBITUR.

PER VOS FACTAS ESSE FATEBIMUR

LINGUAS INFANTIUM DISERTAS.

PARÆNE-

PARÆNESIS AD RELIGIOSSOS ET LITERATOS GRAMMATICÆ PROFESSORES.

VOs eſtis alteri adoleſcentiæ. Tutores, ac Præſides: vobis illa ſecundùm Angelos referat oportet inſtitutionem ſuam. In hujus verò tam præclari muneris veſtri dignitatem, utilitatémque cùm intuerer, exarſi animo, & oneris partem ferre aliquam, aut, ùt vetus verbum, lapidem in Mercurii acervum mittere & ipſe volui, Dialogos, quos videtis, in commune conferendo. Sive pietatis, ſive diligentiæ, ſive honeſtæ relaxationis ducenda eſt à Diſcipulis veſtris ratio, ſingulorum aliquid in illis leviter attigi, unde informari poſſint; ſed non id, fateor, præcipuè ſecutus fui. Quid igitur? cùm animadverterem pueros in ipſo ſtatim tirocinio, in ſummâ Latini ſermonis inopiâ, ſi loqui de rebus ſuis vellent, ad linguam vernaculam neceſſitate compelli, videbar ipſe mihi facturus operæ pretium, ſi ea, quæ quotidie illis in ore ſunt, Latinè reddita familiaribus colloquiis exſequerer. Simul & illud cogitabam fore, ut, ſiqua vos attingeret, ùt attingit, hujus rei cura, Latinæ linguæ uſus jam inde à primis rudimentis ſeſe paulatim efferret, ac deinde cum

aſſiduo

aſſiduo politioris orationis cultu magìs indies, ac magìs eſſloreſceret. Res enimverò ad ſcholarum veſtrarum commendationem expetenda, compendioſa ad ineundam optimarum artium via, ad comitatem affabilitatémque ſermonis, in qua tantum eſt ſuavitatis,& leporis, prorſus neceſſaria. Quare huc curam,quæſo,& induſtriam convertite,& ornate hoc beneficio pueros vel invitos, ne, cùm è magiſterio veſtro ætas illis exceſſerit, cogantur aut balbutire perpetuò, aut confiteri ſe neſcire quod neſciunt, & diu tamen didicerunt. Dolenter hoc potiùs quàm contumelioſè dicam, eſſe nonnunquam adoleſcentes ingenio præſtabili,& eleganti, & ad omnium diſciplinarum ſatus excipiendos accommodato, qui poſt annos ſex,aut plus eo,in Scholis exactos,ſi pro re natâ Latinè loquendum ſit,ità hæſitant,& offendunt, ut non eruditis modò viris, quorum in conſuetudinem fortè venerunt; ſed ſibi etiam ipſi diſpliceant, adeóque,quod narrare inſtituerant, pudore victi cogantur abrumpere, ac patrio ſermone prætexere. At hi tamen nuper, ſeu ſolutâ ſeu vinctâ oratione inter ſe contenderent, de quacumque propoſitâ re copioſè ſatìs ornatéque ſcribebant. Veniebant ſcilicet in ludum meditati, & ab optimorum auctorum lectione recentes, & multis ad excolendum ſtylum præſidiis inſtructi. Quæ,malùm, iſta eſt tam gravis,támque inſolens culpa, quæ inſignes,ſtudiiſque mirificè deditos adoleſcentes ad illam redegit in quotidianis congreſſibus jejunitatem, inopiámque verborum? Loquendi deſuetudo. Uſus nimirum, uſus magiſter eſt optimus,atque,ut ait in Corneliana Cicero, & ingenium,& artem ſæpe vincit. Quos ille à primâ ætate deſe-

defecerit, tametſi in ſcholarum umbris confidentes non impolitum aliquid interdum meditentur, & ſcribant; tamen in luce, atque oculis doctorum hominum aut conticeſcant, aut tarditatem, & ignorantiam ſuam prodant, neceſſe eſt. Atqui carminis, aut orationis elucubrandæ locus eſt rarior, & ad paucos ea laus recidit; loquendi verò non proprius cujuſquam; ſed communis eſt omnium. Faciat utinam illa familiaris ſermonis perſpecta neceſſitas, & venuſtas, ut diſcipulorum æquè ac magiſtrorum animos, ſtudiaque continenter exſuſcitet, ad infantiam illam, nimis quàm patienter, ac diu in Gymnaſiis toleratam, communi tandem omnium eadem volentium conſpiratione profligandam. Equidem ſiquis veſtrûm me neget in his Dialogis ſcribendis rem magnam præſtitiſſe, nihil eſt æquè, quod fatebor lubens: ſed ſi familiares, quem titulum illos ferre volui, curâ hortatúque veſtro Diſcipulis fiant, (nolim hoc arroganter à me dictum exiſtimari) ad id, quod contendimus non parùm utiles futuri ſunt. Utiles, dico? imò & jucundi, ſi, cùm veſtros docebitis vocem, atque geſtum moderari, ſcholaſticæ hujus, & umbratilis exercitationis materiam modò hæc, modò illa colloquia præſcribatis. Quid illi meliùs, quid jucundiùs declamitent, quàm quod integrè, planéque intelligunt, quod quotidie loquuntur, & tractant, in quo & ſenſus, & mores, & ſtudia, & vitæ ſuæ rationes omnes ipſi recenſebunt? Sternet hoc viam, ut, cùm longi verborum ambitus, & operoſæ deſcriptiones, & deliberativæ, judicialéſve materiæ, vires, & latera, & grandiorem vocis ſonum requirent, naturali omnia, nihil ambitioſo, putidóque dicendi modo pronuntient.

Quid ſi hinc etiam excerpantur quotidianarum argumenta ſcriptionum? quàm tenaciter in memoria inſidebunt communes loquendi formulæ! quàm in promptu erit, quidquid dicendum occurret! Porrò quòd ſcitâ quapiam novitate videamus puerorum animos capi, centuriam adagiorum in decadas digerere, & hic, atque illic interponere viſum fuit, fructu, ut auguror, minimè pœnitendo. Ut enim gemma annulo incluſa, & aurum purpuræ intertextum, ità parœmia ſermoni, præſertim familiari, opportunè, ac decenter inſerta gratiam, ac decorem conciliat. Quid, quod adagium, ut ait Feſtus, ex eo nomen ſortiatur, quòd ad agendum ducat, & viam commonſtret, ac proinde pueri ad illas prudentiæ regulas efformari paulatim poſſe videantur? Hæc igitur ediſcant, hæc uſurpent in loco, ex his ſapere incipiant, hæc inter diſputandum è vernaculo in Latinum, & è Latino, cùm lubet, in vernaculum vertere jubeantur. Nunc, mihi credite, recondent in memoriæ penum, quæ juvabit olim, cùm, ùt ætas, ità judicium maturuerit, meminiſſe, & promere non ſinè aliquâ doctrinæ exiſtimatione, atque audientium voluptate. Et cui non ſuus pudor conſuetudinem eruditorum claudat, qui proferre nihil poſſit, quo ſe ſtudia coluiſſe teſtetur? At, quia loquendi curam ſuſcepimus, ne ſcribendi neglexiſſe videremur, ad hujus opuſculi calcem ex Aldo Manutio de re Orthographicâ adjiciendum aliquid duximus. Minutus labor, qui in ſcribendis, & conjugandis, dividendiſque ſyllabis, & verbis ſententiiſque interpungendis verſatur: verùm ut minutus ſit tamen mirabile eſt, certè uſu compertum, ſiqui rudes adhuc, & Tirones in hæc elementa literaria peccare

conſueverint, ægrè admodùm, cùm tirocinio exiverint, ad eadem rectè concinnanda poſſe revocari, turpem inſcitiæ notam, ſiquid manu ſuâ exaraverint, chartis, & ſuo ſimul nomini ſemper impreſſuri. Caſſiodorus, ille Gothorum Regis Magiſter, ac religioſo deinde habitu, quàm laticlavo illuſtrior, tres ſupra nonaginta natus annos Orthographica ſcribere aggreſſus eſt, cujus præclara hæc eſt ſententia, vocem articulatam nos à beſtiis; ſcribendi rationem ab imperitis, & confuſis diſtinguere. Audiant pueri ſenem, quem puerum ſenes audiverunt, ejúſque monitu non minùs rectè loqui, quàm ſcribere contendant. Atque hîc habetis, Profeſſores, conſilii mei de hoc Opuſculo rationem: cujus editione ſi hoc fuero conſecutus, ut Latinè loquendi conſuetudo in ſcholis veſtris invaleſcat, habebo, quod juventuti, & mihi gratuler; mihi, quòd libello non maximæ operæ rem non minimi fructûs promoverim; juventuti, quòd aſſiduâ, ac jucundâ etiam exercitatione tantam nanciſcetur bene, & emendatè loquendi facilitatem, quantam ſibi fortaſſe nunquam laborioſâ ſcribendi curâ comparâſſet. De me verò hoc addam Ciceronis verbis: *Si temerè aliquid præteriiſſe, aut non ſatis eleganter ſecuti videbimur, docti ab aliquo facilè, & libenter ſententiam commutabimus. Non enim parùm cognôſſe; ſed in parùm cognito ſtultè, & diu perſeverâſſe turpe eſt: propterea quòd alterum communi hominum infirmitati, alterum ſingulari uniuſcujuſque vitio eſt attributum.* Lib. 2. de Inventione.

 PARÆ-

PARÆNESIS

AD

ILLUSTRES,

NOBILES,

INGENUOS ADOLESCENTES

CONVICTUS

COLLEGIORUM SOCIETATIS

JESU.

MAgnâ vos lætitiâ proſequor, Lectiſſimi Adoleſcentes, cùm illa tempora cogitatione, & voto præcipio, quibus literæ vobis erunt inſtrumenta virtutis, & ornamenta dignitatis. Cùm enim ſinè illarum præſidio ad rem ullam illuſtriorem nemo poſſit accedere, hoc habet honeſtiſſima veſtra educatio in convictu, ac propè ſinu noſtrorum hominum, qui velut nutricis os vobis ſingunt, & præeunt verbis, ut, cùm olim in templis, in curiis, in exedris, in conſeſſibus loquendum erit, inſignis Latinæ linguæ facilitas, & copia ſubſidium, & laudem non vulgarem vobis allatura ſit. Antiphanes, Poëta Comicus, egregiè facetus, & ex eo præcipuè

captare ſolitum feſtivitatis laudem, quòd incredibilia comminiſceretur, terrarum aliquem tractum apud extremos Scytas eſſe finxit, ubi loquentium voces hieme perfrigidâ concreſcerent, vinctæque tenerentur, dum iiſdem, quibus terra, temporibus reſoluta ad aures pervenirent. Sit illa fabuloſa, ut eſt, & in Poetæ tantùm mente ſita regio: at hæc bonarum artium ſedes, quam incolitis, hæc ingeniorum palæſtra, hæc eloquentiæ officina voces quotidie veſtras excipit, quæ, quidem nunc, anguſtiis interſeptæ ſpatiis, videri poſſint quodam veluti rigore aſtricta conſiſtere: at, cùm ætas vobis major acceſſerit, in luce doctorúmque hominum coronâ exaudientur, & intelligent illi, quàm articulatim, & expeditè, & eleganter hîc à vobis prius expreſſa ſint. circumferetis ipſi tum convictûs veſtri commendationem, atque famam; &, quantùm ego quidem eorum, qui vos audient, mentem conſequi poſſum, hi felicitatem inſtitutionis veſtræ admirabuntur, & efferent: dolebunt alii iis ſe fructibus, atque ornamentis, quæ ex arctiore hujus contubernii diſciplinâ redundaverint, cùm adoleſcent, caruiſſe: alii ſeſe in conſuetudinem veſtram immergent, capti elegantiâ ſuavitatéque ſermonis. Nunc, quæſo, mecum, hunc, quem dico, educationis veſtræ fructum pleniùs recognoſcite, Convictores. Neſcio enim an quidquam ſit ſive ad communem vitam fovendam illa dulcius, ſive ad auctoritatem, & eruditionis exiſtimationem conciliandam gravius. In eruditorum virorum congreſſu Latinè diſſerendum eſt: quàm æquabili, & nuſquam hærente opus eſt oratione, ut placeas? Adeundus prenſandúſve vir gravis; poſtulandum, deprecandum eſt aliquid, referendæ ſunt gratiæ: quanti id refert, ne quis loquendo titubet, & verbis iiſdem idoneis, &

ſponte

ſponte ſuâ provenientibus utatur? Epiſtola, aut etiam non multorum verſuum ſchedula feſtinanter de publicis, privatiſque negotiis ſcribenda eſt: poteſt hoc fieri, niſi ab eo qui culto, faciliqué ſermone aſſueverit? Res aliqua, ut fuit geſta, ſubjicienda eſt aliorum oculis, ſubjiciet, qui, dum narratio in curſu eſt, ob verborum inopiam reſtitabit ſæpius; aut inchoato Latini ſermonis texto peregrinum vernaculæ linguæ ſubtemen, ut ità loquar, identidem cogetur injicere? Fingite, ſi placet, cogitatione figulum unum aliquem eſſe, qui non diu multumque à puero informe lutum ſubegerit, ac circumduxerit; cùm amphoram inſtituere cœperit, urceum conficiet, ut currente rota à partibus ſuis omnibus expleta, perfectâque exeat? Non poteſt ſimiliter Latinus ſermo aptè congruentérque ab illo continuari, & perfici, qui non ab ineunte adoleſcentiâ magno ſtudio ſubactus, aſſueverit præſenti animo, & promptè & emendatè loqui. Omnes artes, omniáque opera, inquit Vegetius, quotidiano uſu, & exercitatione proficiunt. At vos gaudete laudatiſſimis illis, utiliſſimiſque Convictûs veſtri inſtitutis, & legibus, quæ vobis perpetuam imponunt Latinè loquendi neceſſitatem, & ad ea, quæ modò à me commemorata ſunt, benè perfectéque præſtanda maximis vos præſidiis inſtruunt. Eſt enim conſultiſſimorum virorum ſententia, plus, ſi ſepares, uſum ſinè doctrina, quàm citra uſum doctrinam valere. Ipſi certè audivimus è veſtro numero aliquos, quamvis per ætatem Grammaticæ præceptionibus non admodum inſtitutos, iis tamen, qui in illarum cognitione longiùs proceſſerant, celeri, & exercitatâ linguâ præſtitiſſe. Nimirum Tirones, ac rudes ut erant, audebant, & conabantur, nec erubeſcebant loqui: rati, ſi benè, favorem, & laudem; ſi minùs, veniam pri-

mis

nis conatibus facilem, & paratam eſſe. Valet quippe in puerilibus proluſionibus, quod inter graviſſima valere nis oportere Quintilianus, cùm de tempore diſputat, quo cauſas agere Orator incipiat, negátq; agendi tirocinium diu eſſe differendum. Nam quotidie metus creſcit, majúſque fit ſemper, quod auſuri ſumus: & dum deliberamus quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & veniæ ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet; & ſiquid deſit operi, ſupplet ætas; & ſiqua dicta ſunt juveniliter, pro indole accipiuntur. *Ita vos facite; & hac ætate, quæ faventium ſtudia, & erratorum excuſationem meretur, aſſiduo Latini ſermonis uſu progreſſus veſtros urgete, planéque credite, tum dignum operæ pretium venire, cùm inter ſe congruunt præcepta, & experimenta. At cùm in illum de experimentis ſermonem incidimus, videte, quàm non ſeverè, ſed familiariter, ac remiſſè vobiſcum agam, qui non ea poſtulem, quæ ſint palæſtræ & olei, ſed quorum facilis, & ſoluta ſit ratio. Volo enim ex eo, quod ætati veſtræ dulciſſimum eſt, aliquid ad ſtudiorum veſtrorum progreſſus impellendos afferre. Siquis enim ex vobis, quid expetatis avidius, quærat: Animi remiſſionem, opinor, reſpondebitis, & ludum. Atqui ne eam quidem partem ſolido de die ſine fructu demere vos velim, ſive pilâ, ſive ſphærâ volubili, ſive contento ad metas curſu, ſive alio ludendi genere certabitis. Dabit hic, qui vobis inſcriptus eſt, libellus, quod in otio, animorúmq; relaxatione, & jucundè, & utiliter efferatis. Tamen ſi cum fortè, aut aliàs, vernacula vox ore exciderit, an eos, qui propter ea loco, neſcio quid, ad aliquam multæ ſpeciem vobis irrogaverint, moleſtos*

exacto-

exactores appellabitis? non, per illam præclaram indolem veſtram, paratam ad omnia majorum imperia ultrò deſcendere: non, per diſcendi cupiditatem, quâ inflammati, vos hic informandos tradidiſtis: non, per expectationem Parentum, quam non tueri tantùm, ſed etiam ſuperare contenditis: non, per humanæ conſuetudinis jucunditatem, quem vitæ fructum vobis reddet ſuaviorem promptus, & elegans ſermo. Eſt apud Senecam illa inconſulti promiſſoris, & fidem tamen exſolvere volentis, oratio : Verba mea redimam, & aurem mihi pervellam. Damno caſtigabo promittendi temeritatem: linguarium dabo. *Quæ poſtrema verba Clariſſimi illi Duumviri, de Senecâ, & de omni re literariâ optimè meriti, Muretus, & Lipſius ſic interpretantur, ut ſicut vaſarium, aut hordearium illud fuit, quod pro vaſis, aut hordeo erogabatur, ita linguarium velint multam eſſe, & quaſi vectigal pro linguâ temerè locutâ dependendum. Enimverò hinc velim ſibi exemplum quiſque veſtrûm capiat, &, ſi quid vernaculo ſermone temerè effuderit, ab ſe dictum damnet, ſe objurget, ſuique profectûs deſiderio incenſus, & meliora pollicitus, & ingenuo rubore, qualem M, Porcius Cato in juvenibus laudabat, ſuffuſus dicat:* Verba mea redimam: linguarium dabo. *Sed unde linguarium, quod exigo, petendum exiſtimatis? Non ex alio quàm memoriæ veſtræ theſauro, quâ ſolâ initia literarum conſtant, & juvari curâ docentium poteſt. In hanc recondite, quod, cùm opus fuerit, depromatis, ingenium, ut de neſcio quo dictum fuit, in numerato ſemper habituri. Atque ita quod Afranius, vetus, & à Gellio laudatus Poëta, de ſapientiâ cecinit, in illam etiam, quam conſecuti fueritis, Latinæ linguæ cognitionem rectè conveniet:*

Uſus

Uſus me genuit, mater peperit Memoria.

Defendite hanc vobis laudem, Adoleſcentes Ornatiſſimi, & cùm alii vos Latinè diſſerentes audient, quamvis ingenio veſtro ſtudiorúmque contentioni nihil non acceptum referent, dubitent tamen, plúsne aſſidua loquendi exercitatio, quàm Convictui veſtro propriam eſſe intellexerint, an ſtudendi labor ad id aſſequendum contulerit.



UNum te monitum velim, Amice Lector: Quidquid in Parænesi ad *Religioſos, & Literatos Grammaticæ Profeſſores* ſeſe additurum pollicitus eſt Libri Author *de Orthographiâ interpungendi, & dividendi rectâ ratione* omiſi de induſtriâ; quòd ſcirem præſto eſſe tibi Libellum, cui titulus *Orthographia, ſive Ars emendatè ſcribendi*, Coloniæ ante annos non ità multos à quopiam è Noſtris editum. Habes in eo omnia, à me præterita multò clariùs, variáſque Authorum hac de re opiniones, ac plura alia, quæ quomodolibet ad Orthographiam ſpectant. Hic ſi tam aſſiduè ſtudentium manibus tereretur: quàm utilis eſt ſcribentibus; non tot turpia, & contra leges Orthographicas graviter peccantia adoleſcentûm, ſæpe etiam literatorum, ſcripta occurrerent. Quæ primo quoque aſpectu accurato Lectori nauſeam moveant; & miſericordiam. Fas tamen duxi totam Authoris Parænesin tibi tranſmittere, ne dici poſſem Authorem oppidò Latinum vel in minimo depravâſſe. Ceterà laborem hunc noſtrum, quantuluſcunque eſt, boni conſule, & vale.

DIALO-

INDEX DIALOGORUM.

PARS PRIMA Ad pietatem, & mores ſpectans.	**Erſter Theil** Die Andacht und gute Sitten betreffend.
DIALOGUS I. Leges Diſcipuli.	**Erſtes Geſpräch.** Die Geſatz eines Schülers.
II. Quomodo dies inchoandus.	II. Wie der Tag anzufahen.
III. Diurni temporis diſtributio.	III. Außtheilung der täglichen Zeit.
IV. Quomodo dies finiendus.	IV. Wie man den Tag ſolle endigen.
V. Methodus latinè confitendi.	V. Weiſe auff Latein zu beichten.
VI. Miniſterium ſacri.	VI. Weiſe die Meß zu dienen.
VII. Concionis narratio.	VII Erzehlung der Predig.
VIII. Inviſitur ſodalis æger.	VIII. Ein krancker Geſell wird beſuchet.
IX. Urbanitas morum.	IX. Höfflichkeit der Sitten.
X. Salutatio novi Magiſtri.	X. Begrüſſung eines neuen Lehrers.
XI. Diſcipulus viſit Magiſtrum.	XI. Der Schüler beſuchet den Lehrer.
XII. Felix anni auſpicium.	XII Ein Weiſe einem ein glückſeliges neues Jahr anzuwünſchen.
XIII. Amicus peregrè reverſus excipitur.	XIII. Ein auß der Frembden angekommener Freund wird bewillekommt.
XIV. Invitatio ad convivium.	XIV. Einladung zur Mahlzeit.

XV. Præparatio ad convivium.	XV. Zubereitung zur Mahlzeit.
XVI. Menſæ exſtructio.	XVI. Zubereitung zur Tafel.
XVII. Convivium.	XVII. Die Mahlzeit.
XVIII. Narratio convivii.	XVIII. Erzehlung der Mahlzeit.
XIX. Valedicitur in amici diſceſſu.	XIX Beurlaubung bey eines Freunds Abreiß.
XX. Diſcipulus agit Magiſtro gratias finito annuo literarum curſu.	XX. Der Schüler ſagt dem Lehrer Danck nach geendigtem Schul-Jahr.

PARS SECUNDA, ad ſcholam & literas ſpectans.

Zweyter Theil/ Anbelangend die Schul/und Künſten.

DIALOGUS I.

Erſtes Geſpräch.

Cöemptio armorum ſcholaſticorum.	Einkauffung der Schul-Gereitſchafft.
II. Examen ſuper ſigno vernaculi ſermonis.	II. Underſuchung des Zeichen der Mütterlichen Sprach.
III. Admonitio de maturè ſurgendo, & frequentando.	III. Anmahnung zum frühen Auffſtehen und Schulen gehen.
IV. Salutatio matutina, & ad ludum comparatio.	IV. Morgengruß/ und Bereitung zur Schulen.
V. Excuſatio varia ſeriùs in ludum venientium.	V. Underſchiedliche Entſchuldigungen deren / ſo in die Schul zu ſpäth kommen.

VI. Re-

VI. Repetitio prælectionis. — VI. Widerholung der vorgetragenen Lehr.

VII. Obſequia ſcholaſtica invicem præſtita. — VII. Schuldienſten / ſo einer dem anderen beweiſet.

VIII. Rogatur varia facultas exeundi ſcholâ. — VIII. Es wird underſchiedliche Erlaubnüß begehrt auß der Schulen zu gehen.

IX. Officium Præfectorum Decuriæ. — IX Das Ampt der Hauptleuth/oder Rottmeiſter.

X. Officium Præfecti penſorum. — X. Das Ampt der fürgeſetzter Anzeiger der täglichen Schul-übungen.

XI. Officium ſcholam verrentium. — XI. Das Ampt deren / ſo die Schul außkehren.

XII. Officium janitoris ſcholæ. — XII. Das Ampt eines Pförtner der Schulen.

XIII. Accuſatio varia ſcholaſtica. — XIII. Underſchiedliche Schulklagten.

XIV. Petitur facultas ad varia. — XIV. Es wird Erlaubnüß zu underſchiedlichen Sachen begehrt.

XV. Formulæ diſputantium Græcè. — XV. Ein Weiſe auff Griechiſch die Warheit zu erläuteren/oder zu diſputiren.

XVI. Formulæ diſputantium Latinè. — XVI. Ein Weiſe auff Latein die Warheit zu erläuteren/oder zu diſputiren.

PARS TERTIA ad luſus ſpectans. — Dritter Theil Anbelangend das Spielen.

DIALOGUS I. Deliberatio quo luſu ſe — Erſtes Geſpräch. Berathſchlagung mit wel-

oblectaturi ſint.	welchem Spiel man ſich ſolle beluſtigen.
II. Luſus Pilæ.	II. Das Ballenſpiel.
III. Jactus lapidum, aut diſcorum ad metam.	III. Das werffen mit Steinen/ oder Schwingkugeln nach einem Ziel.
IV. Luſus ſphæræ per annulum ferreum.	IV. Das Klotzen-Spiel durch einen eiſernen Ring.
V. Luſus globorum manu miſſilium,	V. Das Kügelwerffen mit der Hand.
VI. Excurſus in glaciem.	VI. Das lauffen auff dem Eiß.
VII. Pecunia petitur mutua, & datur,	VII. Es wird Gelt entlehnt/ und außgeliehen.
VIII. Gratiarum actio pro beneficio.	VIII. Danckſagung vor die Wolthat.
IX. Luſus velitaris.	IX Das Ringen/ oder Rennſpiel.



DIA-

DIALOGORUM FAMILIARIUM
PARS PRIMA,
Ad pietatem, & mores ſpectans.

DIALOGUS PRIMUS.
Leges Diſcipuli

PÆDAGOGUS, DISCIPULUS.

Pædagogus. In ludum literarium, fili, te hodie primùm deduco; auſculta me paucis admonentem. Jam id ætatis es, ut capere poſſis, quid amplectendum ſit tibi, quid contrà fugiendum.

Diſcipulus. Uſquè tibi morem geſſi, obſervande Præceptor: eloquere, audio.

Pædago. Linguæ Latinæ ſtudioſus ad decem præcepta Dei has decem ſequentes leges adjiciat, oportet.

Diſci. Dicto audiens ero: ſingulas ediſſere.

Pædago. 1. Diſcipulus Magiſtrum amato, & colito, non ſecùs ac Miniſtrum munerum Dei, & parentem animorum.

Freundlicher Geſpräch
Erſter Theil/
Die Andacht/und gute Sitten betreffend.

Erſtes Geſpräch.
Die Geſätz eines Schülers.

Der Kindlehrer/der Schüler.

Der Kindlehrer. Heut führe ich dich zum erſten in die Schul / mein Kind/ höre an/ was ich kürtzlich erinnere. Du haſt nun mehr die Jahren/ daß du begreiffẽ kanſt/was zu thuẽ/ und was hingegen zu laſſen.

Der Schüler. Ich hab dir allezeit gehör geben/ hochgeehrter Lehrmeiſter. Rede nur/ ich mercke auff.

Der Kindlehrer. Der ſich der Lateiniſchen Sprach befleiſſet/ ſoll den zehen Gebotten Gottes noch dieſe zehen hinzu ſetzen.

Der Schüler. Ich werd außrichten was befohlen: Erkläre du ein jedes Gebott in beſonderſt.

Der Kindlehrer. 1. Der Schüler ſoll den Lehr-Meiſter lieben/ und ehren/ nit anderſt als einen Außſpender der Gaben Gottes/ und Vatter der Seelen.

2. In ſcholam, tanquam in templum, venerabundus introito.

3. Quidquid ibi accepturus es, perſuaſum habeto cultum eſſe animi, & hic viam monſtrari, quâ Deo placeas, & ad illum pervenias, in quo eſt extrema beatitudo.

4. Puer audito Præceptorem attentus, in eúmque intuetor, nisi cùm inſpiciendus erit liber, aut ſcribendum.

5. Diſcito rectè ſcribere, & celeriter.

6. Auditam prælectionem à te ipſe repoſcito: lectio namque non prodeſt continuò, ùt audita eſt: niſì identidem recolendo altiùs memoriæ imprimatur.

7. Latinè ſemper loquitor, etiam inter luſū; quòd ſiquis loqui erubeſcat, huic linguæ eſt facundia deſperanda.

8. Quoties porrò ex ſacris literis aliquid audies, Deum ipſum audire te arbitrator.

2. In die Schul ſolt du ehrenbietſam/ als wie in eine Kirch hineingehen.

3. Alles was du in ſelbiger hören wirſt/ bilde dir ein/ ſey ein Zierde des Gemüths/ und werde daſelbſt der Weg gezeigt Gott zu gefallen/ und zu ihm zu gelangen/ in welchem da beſtehet die wahre Seligkeit.

4. Kind/ höre den Lehrmeiſter auffmerckſam an/ ſchlage deine Augen auff ihn/ es ſey dan du müſſeſt das Buch einſehen oder ſchreiben.

5. Lerne wohl/ und behend ſchreiben.

6. Widerhole bey dir ſelbſt fleiſſig die außgelegte Lehr: dan die Außlegung hilfft nit/ ſo bald ſie gehört iſt/ wan du nicht durch die öfftere Widerholung die ſelbige tieffer in die Gedächtnüß eintruckeſt.

7. Rede allzeit Latein/ auch under dem Spielen; der ſich ſchämet zu reden/ wird in dieſer Sprach niemahlen beredt werden.

8. Alß offt du ferner auß Göttlicher heiliger Schrifft etwas hören wirſt/ ſo bilde dir ein/ du höreſt Gott ſelbſten reden.

9. Be-

9. Conſueſcito rectam intentionem ſtudiis tuis præfigere; imò nihil propter humanam mercedem agere; ſed propter divinam illam, & ſempiternam.

10. Duo verba altè animo inſculpito: alterum eſt:

Ad majorem Dei gloriam.

Alterum:

Nulla dies ſinè lineâ.

Diſci. Præcepta hæc decem fideliter mandabo memoriæ.

Padago. Imò verò manda exſecutioni: ità in literum ſtudio, virtutúmque proficies.

9. Gewehne dich daran/ daß du eine gute Meinung macheſt vor dem lernen; ja, daß du nichts thüeſt umb Menſchlicher; ſonderen alles umb der Göttlichen/ und ewigen Belohnung willen.

10. Zwey Spruch ſolſt du ins Hertz tieff hineinſchreiben: Der erſte iſt:

Zur gröſſeren Ehren Gottes.

Der ander:

Kein Tag ohne Zuch.

Der Schüler. Dieſe zehen Gebott will ich treulich außwendig lernen.

Der Kindlehrer. Ja vielmehr mache ſie werckſtellig: alſo wirſt du in Künſten / und in der Tugend zunehmen.

DIALOGUS SECUNDUS.

Quomodo dies inchoandus.

MARTINUS, GREGORIUS.

MARTINUS. Hem Gregori, optimè mihi te offers.

Gregorius. Quid eſt?

Marti. Invitat cælum ad deambulandum.

Grego. Sanè. Inviſamus ædem Virgini Matri ſacram hîc proximè ſuburbanam.

Zweytes Geſpräch

Wie der Tag anzufahen.

Martinus, Gregorius,

Martinus. Halt da / Gregorius, da kombſt du mir eben recht.

Gregorius: Wie ſo?

Marti. Das Wetter ladet uns zum Spatziergang ein.

Grego. Es iſt wahr. laſt uns unſer Lieben Frauen Kirch näheſt vor der Statt beſuchen.

Marti. Nihil eſt, quod malim. Per viam narrabis, quâ ſuper materiâ ad ſodales habita ſit adhortatio nudiustertius.

Grego. Quomodo? non ipſe interfuiſti concioni?

Marti. Aberam urbe apud villam noſtram.

Grego. Magiſter Sodalitati præfectus docuit nos Chriſtiano ritu diem auſpicari.

Marti. Fac me, amabò te, tam piæ inſtitutionis participem, ne tot mihi dies elabantur inutiles. Unde, aut quo pacto dies inchoandus eſt?

Grego. Manè ſimul atque ſum expergefactus, (id ferè fit ad quintam æſtate, ad ſextam hieme) pollice ſignum crucis formo in fronte, & pectore.

Marti. Quid deinde?

Grego. Auſpicor initium diei in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

Marti. Piè ſanè.

Marti. Deſſen bin ich wohl zu frieden. Unter Wegs ſolſt du mir erzehlen/ wo von man vorgeſtern in der Bruderſchafft geprediget.

Grego. Wie ſo? biſt du dan ſelbſt nit da geweſen?

Marti. Ich war auſſer der Statt auff unſerem Meyer-Hoff.

Gregor. Der Lehrer/ ſo der Bruderſchafft vorſtehet/ hat uns gelehrt den Tag Chriſtlich anzufahen.

Marti. Ey lieber/ mache mich doch theilhafftig einer ſo Gottſeligen Underweiſung/ daß mir nit ſo viele Täg unnützlich vorbeyſchlipfferen. Wovon/ oder auff was Weiſe ſoll man den Tag anfahen?

Grego. Des Morgens ſo bald ich erwachet (welches mehrentheils im Sommer umb fünff/ im Winter umb ſechs Uhr zu geſchehen pflegt) mache ich mit dem Taumen auff die Stirn/ und Bruſt das Zeichen des Creutzes.

Marti. Was dan weiter?

Grego. Ich fahe den Tag an im Nahmen des Vatters/ und des Sohns/ und des heiligen Geiſtes.

Marti. Gewißlich dieß iſt gottſelig gethan.

Gregor.

Grego. Mox ante aram, quam exſtruxi mihi, aut lectuli ſpondam, poſitis humi genibus ago gratias Chriſto Domino, quòd eam noctem mihi voluerit eſſe proſperam, precórque, ut diem itidem illum totum mihi bene fortunet, ne uſquam offendam in ullū peccatum; ſed ipſius ductu perveniam ad vitam æternam.

Marti. Haud inauſpicatum diei exordium. Verùm an nullos habes Divos tibi peculiares patronos?

Grego. Habeo verò eóſque diſtribuo in ſingulos dies hebdomadæ.

Marti. Non & primo mane intentionem rectam concipis, ex quâ diem totum tranſigas?

Grego. Nihil celabo tam fidum ſodalem. Aliis diebus alios tutores ſanctos mihi deligo, aliam etiam, atque aliam intentionem. Accipe univerſa ex ordine.

DIE LUNÆ

Patronus mihi eſt peculiaris Angelus Cuſtos. In

Grego. Darnach werffe ich mich auff die Knie vor dem Altar/ den ich mir auffgerichtet/ oder vor die Bettladen nider/ ſage Chriſto dem Herren danck/ daß er mich dieſe Nacht bewahret habe/ und bitte ihn/ daß er mir ebenfals denſelbigen Tag wölle glücklich machen/ damit ich nit iergend woh in eine Sünd gerathe; ſonderen durch ſeine Anführung gelange zum ewigen Leben.

Marti. Fürwahr dieß heiſcht den Tag wohl anfahen. Aber haſt du keine beſondere Heilige/ welche du verehreſt?

Grego. Ja freylich/ und ſolche zertheile ich auff alle Täg der Wochen.

Marti. Macheſt du dan auch nit des Morgens frühe zugleich ein gute Meinung/ nach welcher du den gantzen Tag zu bringeſt?

Grego. Nichs werd ich verhälen einen ſo treuen Geſellen Auff beſonders Täg hab ich auch beſondere Schutzheiligen mache auch alle Tag underſchiedliche Meinungen. Höre alles ſämptlich nach der Ordnung.

Montags

Hab ich zum beſonderen Patronen meinen Heiligen

hujus clientelam me conſero.

Intentio. Ad ſublevandas animas fidelium vitâ functorum, in flammis piacularibus detentas.

DIE MARTIS

Colo Sanctos Eccleſiæ Doctores.

Intentio. Ad progreſſum faciendum in literis, & Chriſtianâ pietate.

DIE MERCURII

Veneror è Divis illum cujus nomen gero.

Intentio. In utilitatem Parentum meorum, Magiſtrorum, aliorúmque de me bene merentium.

DIE JOVIS

Deligo mihi Sanctos Innocentes Martyres.

Intentio. Ut auxilio, & ſolatio ſim afflictis, ægris, captivis in hac urbe.

DIE VENERIS

Mihi peculiaris eſt Præſes ſtudiorum S. Joſephus Sponſus Virginis Matris.

Intentio. Pro felici ex hac vitâ exitu, per mortem Chriſti obtinendo.

Schutz-Engel. Under deſſen Schirm ich mich begebe.

Die Meinung iſt.

zum Troſt der Abgeſtorbenen Seelen / die da auffbehalten werden im dem Fegfeur.

Dienſtags

Verehre ich die Heilige Kirchenlehrer.

Die Meinung iſt.

Umb einen Fortgang zuſchaffen in den freyen Künſten / und Chriſtlicher Andacht.

Mittwochs

Ehre ich denjenigen Heiligen / deſſen Nahmen ich führe.

Die Meinung iſt.

Zum beſt und frommen meiner Elteren / Lehrer / und anderer / die es woll umb mich verdienen.

Donnerſtags

Erkieſe ich mir alle Heilige unſchüldige Bluthzeugen.

Die Meinung iſt.

Zur Hulff / und Troſt der Betrübten / Krancken / und Gefangenen in dieſer Statt.

Freytags

Ehre ich fürnemblich den Vorſteher der Künſten den H. Joſeph, einen Bräutigam der Allerſeligſten Jungfrauen.

Die Meinung iſt.

Umb ein glückliches Hinſcheiden auß dieſem Leben durch den Todt Chriſti zu erhalten.

DIE SABBATHI

Patrona mihi in omnibus periculis eſt intemerata Mater, & ſemper Virgo Maria.

Intentio. Ut Deiparæ Virginis cultus cùm ubique, tum maximè in ejus ſodalitiis promoveatur.

DIE DOMINICO

Adoro ſingulariter ſacroſanctam, & individuam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.

Intentio. Ethnicorum in extremo orbe, & in hoc noſtro Hæreticorum ad veri Numinis cultum, atque Catholicam Romanam Eccleſiam converſio.

Marti. Unde tibi horum tam prompta memoria?

Grego. Plùs audivi, centies.

Marti. Quandonam, & ubi?

Grego. Omni die ſub initium ſcholæ poſt preces lector memores reddebat nos Patroni, & intentionis. Hinc mihi abiit in conſuetudinem.

Sambſtags

Iſt meine Fürſprecherin in allen Gefahren die unbefleckte Mutter/ und allezeit Jungfrau Maria.

Die Meinung iſt.

Auff daß die Ehr der Mutter Gottes allen thalben/ fürnemlich aber in dero Bruderſchafften vergröſſert werde.

Sontags

Bitte ich ſonderlich an die Allerſeligſte/ und unzertheilte Dreyfaltigkeit / den Vatter/ Sohn und H. Geiſt.

Die Meinung iſt.

Zu Bekehrung der Heyden in den äuſſerſten Orten der Welt/ und der Ketzer in dieſen unſeren Länderen zur Verehrung des wahren Gottes / und der Römiſch Catholiſchen Kirchen.

Marti. Woher kommt dir dieſes ſo geſchwind in die Gedächtnüß?

Grego. Ich hab daſſelbig mehr/ als hundertmahl/ gehört

Marti. Wan dan/ und wo?

Grego. Alle Tag Anfangs der Schulen nach dem Gebett vermahnte uns der Leſer an den Schutzheiligen / und die Meinung. Hierdurch bin ich in eine Gewohnheit gerathen.

Marti. Auſpicatò diem exorditur, qui ſic à principio inſtituit. Imitabor te.

Marti. Einen glücklichen Anfang machet der jenige / welcher den Tag alſo anfahet. Ich will dir nachfolgen.

DIALOGUS TERTIUS.
Diurni temporis diſtributio.

Drittes Geſpräch.
Außtheilung der täglichen Zeit.

Damianus, Philippus.

Damianus. Non te ſtudiorum, non temporis tædet, Philippe? quoties relegenda eſt eadem ſemita!

Damianus. Verdrieſſet es dich nit / *Philippus*, des lernens / und der Zeit? Wie offt müſſen wir denſelbigen Weg widereingehen!

Philippus. Nunquam me cœpit tædium temporis.

Philippus. Nimmermehr hab ich ein Verdruß ab der Zeit.

Damia. Me autem in dies ſingulos magìs, ac magìs.

Damia. Mich aber verdreußt es täglich je mehr / und mehr.

Philip. Tu ſectaris otia, ego fugio.

Philip. Du liebeſt den Müſſiggang / ich aber fliehe denſelbigen.

Damia. Atqui otio nihil eſt jucundius.

Damia. Es iſt aber nichts angenehmer als der Müſſiggang.

Philip. Contrà nihil eſt otio magìs tetricum.

Philip. Ich vermeine gerade das Widerſpiel / es ſey nichts verdrieſſlicher als derſelbige.

Damia. Fateor, tu nullum remittis tempus; nunquam tam manè egredior, neque tam veſperì domum revertor, quin te conſpicer ſcribere, aut mandare memoriæ, aut aliquid facere denique.

Damia. Ich bekenne / du verſaumeſt keine Zeit; nimmer gehe ich ſo frühe auß / komme auch nicht ſo ſpaht nacher Hauß / daß ich dich nit ſehe entweder ſchreiben / oder außwendig lernen / oder doch ſonſt etwas thuen.

Philip.

Philip. Vis occupationem meam diurnam omnem à capite exponam tibi?

Damia. Pervelim.

Philip. Cubitu ſurgo primo diluculo, comparo ad ſcholam neceſſaria. Ubi ſeptima ſonuit, ſalutatis Parentibus, ſinè morâ confero me ad ludum literarium; ſic, ut per templum, ſi commodum eſt, mihi ſit tranſitus.

Damia. Quid illac?

Philip. Tribus verbis ſaluto Dominum, Divóſque omnes, ſed nominatim Virginem Matrem, Angelum meumCuſtodem, tum eos, quos mihi elegi peculiares.

Damia. Quid hîc ab iſtis flagitas?

Philip. Precor, ut qui puer duodecim annos natus ſedens in templo docuit ipſos Doctores, & qui idem eſt æterna Sapientia Patris, illuſtrare velit ingenium meum ad perdiſcendas honeſtas literas, quibus aliquando utar ad ejus gloriam amplificandam.

Philip. Wilſt du / daß ich dir alle meine tägliche Handlungen von Anfang biß zum End erzehle?

Damia. Das verlange ich ſehr.

Philip. Ich ſtehe auff Anfangs des Tags / mache beyſammen / was zur Schulen nothwendig. So bald es ſieben Uhren geſchlagen hat und ich meine Elteren begrüſſet / begebe ich mich ohne Verzug zur Schulen; doch alſo / daß ich durch eine Kirch meinen Weg nehme / wan es füglich geſchehen mag.

Damia. Warumb geheſt du durch die Kirch?

Philip. Mit drey Worten begrüſſe ich den Herren / und alle Heilige / doch benantlich die Allerſeligſte Jungfrau / meinen H. Schutz-Engel / und dan diejenige / welche ich mir beſonder hab außerwehlet.

Damia. Was begehreſt du hier von ihnen?

Philip. Ich bitte den / welcher noch ein Kind von zwölff Jahren in der Kirchen ſitzend die Lehrer ſelbſten gelehrt hat / und welcher zugleich iſt die ewige Weißheit des Vatters / daß er meinen Verſtand erleuchten wolle die freye Künſten / deren ich mich einmahl gebrauchen werde zu vergröſſerung ſeiner Ehren / zu begreiffen.

Damia. Quid agitur poſtea?

Philip. Ad ludum propero, &, quod is locus poſtulat, toto ago pectore.

Damia. Ut te geris ibidem?

Philip. Modis omnibus do operam, ne meritò vapulem, nequid dicto, factóve Præceptorem offendam, vel ſocios.

Damia. Probus es, cùm iſta cogitas.

Philip. Ad horam decimam, dato ad ſacrum ſigno campanæ, vaſa colligo ſilentio. Inter eundem curo, ne quà de viâ declinem, aut aliter perturbem ordinem.

Dum interſum rei Divinæ, pervolvo Deiparæ roſarium. Gratias ago ſapientiæ omnis authori, Deo, de accepto in ſtudiis lumine.

Damia. Reverſus è ludo quid agitas?

Philip. Si quid eſt obſequi præſtandum parentibus, obeo; quod ſi quid

Damia. Was thueſt du darnacher?

Philip. Ich eile der Schulen zu / und thue embſig was dieſer Orth von mir erfordert.

Damia. Wie verhalteſt du dich alda?

Philip. Auff alle Weiß bin ich bedacht / damit ich keine Streich verdiene / und weder mit Worten / noch mit Wercken den Lehrer / oder meine Geſellen erzürne.

Damia. Du biſt lobens wehrt bey ſolchen Gedancken.

Philip. Umb zehen Uhren / nachdem mit der Glocken das Zeichen zur Meß gegeben iſt / verſammle ich meine Spielen in der Stille. Under dem Gehen gebe ich acht / daß ich nit etwan auſſer dem Weg gehe / oder ſonſt die Ordnung zerſtöre.

Wehrender Zeit bette ich den Roſen-Krantz zu Ehren der Mutter Gottes. Dancke Gott / als einem Urſprung aller Weißheit / vor das Liecht welches er mir in der Lehr mitgetheilet hat.

Damia. Wan du auß der Schulen widerumb nach Hauß kommeſt / was fangeſt du dan an?

Philip. Wan ein Dienſt zu beweiſen iſt meinen Elteren / ſo thue ich es; wan ich auch noch

etiam ſupereſt temporis, mecum, aut cum ſodali repeto, quòd prælectum eſt in ſcholâ; denique prælectionis pomeridianæ memoriam refrico.

Damia. Næ tu parcus admodum es temporis.

Philip. Nec mirum, ſi parcus ſim rei ùt multò pretioſiſſimæ, ità, cùm periit, irrevocabilis.

Damia. Sapis: ſed quid deinde rei geritur?

Philip. Inſtructâ Parentibus menſâ pronuncio prandii conſecrationem, deinde prandentibus miniſtro, donec jubeor & ipſe accumbere.

Actis gratiis, ſi quid vacat, luſu quopiam honeſto laxo animum cum ſodalibus, donec hora revocat in ludum à luſu.

Damia. An rurſum aditur templum?

Philip. Adeo, ſi commodum eſt: ſin aut non ſit tempeſtivum, aut non pa-

noch etwas Zeit übrig hab/ſo widerhole ich bey mir/oder mit einem Geſellen/ was in der Schulen iſt vorgeleſen worden/ letzlich überſehe ich die nachmittägige Lehr.

Damia. Gewißlich du geheſt gar genau mit der Zeit umb.

Philip. Und was iſt es wunder/ wan ich ſparſam handle mit einer Sach/ welche gleich wie ſie die Köſtlichſte/ alſo auch unwiderbringlich iſt/ ſo ſie einmahl verlohren.

Damia. Du thueſt verſtändig: aber was geſchicht darnacher?

Philip. Wan ich meinen Elteren den Tiſch gedeckt/ ſpreche ich das Tiſch-Gebett/ darnach diene ich den ſelbigen/biß daß ſie mich auch heiſchen niderſitzen.

So ich nach verrichter Danckſagung noch etwas Zeit frey hab/erfriſche ich den Geiſt mit einem ehrbahren Spiel ſampt meinen Geſellen/ biß daß mich die Uhr vom Spielen in die Schul ruffet.

Damia. Geheſt du auch widerumb durch eine Kirch?

Philip. Ja freylich/ ſo es füglich geſchehen mag: wan es aber entweder nit zeitlich mehr/ oder die Kirch verſchloſ-

ſen

teant ædes ſacræ, tamen præteriens mente, & cogitatione Deum ſaluto.

Rurſus in ludo poſtea domi idem ago, quod ante prandium. A cœnâ ſuavibus fabulis mémet oblecto cum domeſticis ante focum. Mox proſperam noctem precor Parentibus,& rogo, ut me muniant ſigno crucis; ſic maturè me ad quietem confero.

Damia. Laudo inſtitutum. O ſi queam aſſequi!

Philip. Poteris,velis tantummodo; ubi aſſueveris pauculos menſes,erunt hæc etiam ſuavia, atque adeò vertentur in naturam.

ſen iſt/ ſo grüſſe ich doch Gott im Vorbeygehen mit dem Hertzen/ und Gedancken.

Widerumb in der Schulen/ und darnacher zu Hauß thue ich daſſelbige / was vor dem Mittag. Nachdem Abentessen erluſtige ich mich mit luſtigem Geſpräch mit unſeren Haußgenoſſen bey dem Feuer. Kurtz darauff wünſche ich meinen Elteren ein glückliche Nacht/ begehre von ihnen den Segen; und alſo begebe ich mich frühe zeitig zur Ruhe.

Damia. Ich lobe dieſe Weiſe/ und Gewohnheit: wolte nur daß ich der ſelbigen könte nachleben!

Philip. Du wirſt es können/ ſo du nur wilſt / wan du etliche wenig Monat dich wirſt daran gewehnet haben. Werden dir auch dieſe Ding lieblich vorkommen / und gar in eine Natur verändert werden.

DIALOGUS QUARTUS.
Quomodo dies finiendus.

PÆDAGOGUS, FABIANUS, SEBASTIANUS.

FAbianus. Audíſne horam, Sebaſtiane? ſatis, ſupérque luſum eſt. Recipiamus nos cubitum, ut

Viertes Geſpräch.
Wie man den Tag ſolle endigen.

Der Kindlehrer / Fabianus, Sebaſtianus.

FAbianus. Höreſt du die Uhr wohl Sebaſtianus? Es iſt lang genug geſpielet. Laſt wir uns zur Ruhe begeben/ auff

die craſtino ad lucem primam ſurgamus.

Sebaſtianus. Oppidò ſum defeſſus currendo, jam juvat quietem capere.

Pædagogus. Aſcendite cubicula veſtra: tu, Fabiane, advigila ad cuſtodiam candelæ: abſiſtunt ſubinde ſcintillæ, periculum eſt, ne ignis libros corripiat. Parva ſæpe ſcintilla contemta magnum excitavit incendium.

Sebaſti. Præceptor, precor tibi fauſtam noctem.

Pædago. Idem vobis viciſſim precor. Maturè vos ad ſomnum componite: elapſo quadrante reviſam.

Fabia. Non tantum mihi opus temporis, ut cubitum concedam: ociùs me exuero veſtibus.

Sebaſti. Novus, & hoſpes es in hac domo: de more hujus familiæ ante ſomnum orandus eſt Deus. Nónne id conſuevisti?

Fabia. Conſuevi; ſed obiter, & perfunctoriè. Cu-

---

auff daß wir morgen gleich Tags können auffſtehen.

Sebaſtianus. Ich bin des lauffens müd/ ich will jetzund ruhen.

Der Kindlehrer. Gehet hinauff nach eueren Schlaffkämmeren: du/ Fabianus, gebe fleiſſig acht auff die Kertze: Es ſpringen zu Zeiten Füncklin darvon/ es iſt zu beſorgen/ das Feuer ergreiffe die Bücher. Ein kleines Füncklin/ wan mans nicht geachtet/ hat mannigmahl einen groſſen Brand verurſachet.

Sebaſti. Lehr-Meiſter/ ich wünſche dir ein glückliche Nacht.

Der Kindlehrer. Und ich euch ebenfals. Begebet euch bey Zeiten zur Ruhe: über ein Viertheil Stund werd ich widerkommen/ und zu ſehen.

Fabia. So viel Zeit hab ich nit vonnöthen/ daß ich ſchlaffen gehe: Ich werd mich viel ehender entkleidet haben.

Sebaſti. Du biſt noch ohnlängſt in dieſes Hauß wohnen kommen: wir haben hier im Brauch Gott vor dem Schlaff anzuruffen. Biſt du ein ſolches auch gewehnet?

Fabia. Ich bins zwar auch gewehnet/ aber nur bloß/ und oben

pio inſtrui, habebo tibi gratiam, edoce me.

oben hinzu thuen. ich verlange underrichtet zu werden lehre mich / ich werd dirs danck wiſſen.

Sebaſti. Ante lectum flexis genibus mecum reputo, quibus ſtudiis is dies peractus ſit.

Sebaſti. Auff den Knien vor dem Bett beſinne ich mich / mit was Ubungen ich ſelbigen Tag habe zugebracht.

Fabia. Hoc ipſum, quid ſit, non ſatis aſſequor.

Fabia. Was du hierdurch ſagen wilſt / verſtehe ich nit recht.

Sebaſti. Rationem à me repoſco, ſiquid actum ferventiùs, ſiquid remiſſiùs. Illud præter decorum, hoc dictum petulanter, hoc factum inconſideratè. Hoc taceri præſtiterat, illud omitti. Ibi Parentum irritavi patientiam, illic Magiſtris moleſtiam exhibui, alibi ſodalibus fui offendiculo.

Sebaſti. Ich fordere Rechenſchafft von mir ſelbſt ob ich etwas zu hefftig gethan / oder zu ſaumſelig: jenes wäre wider die Ehrbarkeit / dieß etwas frecher geredet / da ein anderes unbeſonnen gethan. Dieſes wäre beſſer verſchwigen worden / jenes außgelaſſen Da hab ich meinen Elteren zur Ungedult Anlaß geben / hier bin ich den Lehr-Meiſteren verdrießlich geweſen / anderswoh hab ich meinen Mitgeſellen ein Ärgernüß geben.

Fabia. Si quid deprehendis in mente gravioris delicti?

Fabia. Was thueſt du / ſo du dein Gewiſſen beſchwert befindeſt mit einer gröberer Sünd?

Sebaſti. Dolens apud animum meum deteſtor offenſionem Dei, & Chriſti clementiam imploro, ut ignoſcat polliceórque meliora.

Sebaſti. Ich erwecke in mir Reu / und Leid / verfluche / daß ich Gott erzürnet habe / ruffe an Chriſti Barmhertzigkeit / daß ers mir verzeihe / und verſpreche mich zu beſſeren.

Fabia.

Fabia. Quid ſi nihil reperias noxæ ?

Sebaſti. Ago gratias Dei beneficentiæ, quòd me ſervavit ab omni peccato. Deinde me totum illi, & patronis peculiaribus toto pectore commendo, ut me protegant ab inſidiis maligenii, & morte repentinâ. His factis frontem aſpergo aquâ luſtrali, & lectum ingredior. Decumbens frontem, ac pectus ſigno Crucis imagine, ac me compono ad ſomnum.

Fabia. Quo ſitu corporis ſomnum captas ?

Sebaſti. Nec pronus cubo, nec ſupinus; ſed lateri dêxtro innitens brachia decuſſatim complico, ut pectus muniant ſigno Crucis; nam dexteram manum ſiniſtro admoveo humero, lævam dextero: ità dormio ſuaviter, dum aut expergiſcar ipſe, aut exciter.

Fabia. Sic agamus. Sit tibi Sebaſtiane fauſta nox.

Sebaſti. Sit tibi quoque.

Fabia. Was thueſt du aber/ wan du keine Sünd in dir findeſt?

Sebaſtia. Ich dancke der gutthätigkeit Gottes / daß ſie mich bewahret hat vor aller Sünd. Demnach befehle ich mich auß gantzem Hertzen dem ſelbigen/ und meinen beſonderen Schutzheiligen gäntzlich / auff daß ſie mich beſchirmen vor den Nachſtellungen des böſen Feinds/ und gähligen Todt ſo dieſes geſchehen / beſprenge ich die Stirn mit Weywaſſer/ und gehe ins Bett. Da ich mich gelegt / bezeichne ich die Stirn/ und Bruſt mit dem Zeichen des Creutzes / und lege mich zur Ruhe.

Fabia. In was Geſtalt des Leibs legſt du dich ſchlaffen.

Sebaſti. Ich lige weder auff dem Angeſicht / weder auff dem Rucken; ſonderen ich raſte auff der rechten Seiten / lege meine Aermen Creutzweiß übereinander / daß ſie ein Creutz machen über die Bruſt; dan die rechte Hand bringe ich an die lincke Schulter/ die lincke Hand an die rechte : alſo ſchlaff ich ſanfftlich ein / biß daß ich entweder von ſelbſt erwache/ oder auffgeweckt werde.

Fabia. Alſo laſt uns thuen. Gute Nacht *Sebaſtianus.*

Sebaſti. Ebenfals gute Nacht

Jünff-

DIALOGUS QUINTUS.

Methodus latinè confitendi

Syncerus, Candidus.

Syncerus. Appetit principium menſis Candide, perendie confitendum eſt de peccatis.

Candidus. Et nos Magiſter præmonuit, ut animum comparemus.

Syn. Quis tibi eſt à ſacris confeſſionibus?

Candi. Adhuc nullo certo uſus ſum; ſed promiſcuè modò hunc, modò illum adibam, ùt ferebat occaſio.

Syn. Ego ſtabilem delegi Sacerdotem cui credam arcana pectoris.

Candi. Hoc longè eſt conſultiſſimum, poſthac imitabor.

Syn. Ut templum ingrederis confeſſurus, ánne illico te in ſedilia inſinuas?

Candi. Non; verùm antea apud animum meum peccata diſcutio, eadem deploro, execror, & ſtatuo in poſterum vitare.

Fünfftes Geſpräch.

Weiſe auff Latein zu Beichten.

Syncerus, Candidus.

Syncerus. Der Monat fangt bald wider an / *Candidus*, übermorgen müſſen wir beichten.

Candidus. Unſer Lehrer hat uns auch ſchon ermahnet/ damit wir uns darzu bereiten ſollen.

Syn. Wem beichteſt du?

Candi. Ich hab biß hiehin noch keinen beſtändigen gehabt; ſonderen gienge bald bey dieſen/bald bey jenen ohne underſchied / wie es die Gelegenheit mitbrachte.

Syn. Ich hab mir einen beſtändigen Prieſter erwehlet / welchem ich alle Geheimnüſſen meines Gewiſſen anvertraue.

Candi. Dieſes iſt das rathſambſte hinführo werd ich dir nachfolgen.

Syn. So du in die Kirch kombſt zu beichten / begibſt du dich alsdan unverzüglich in den Beichtſtul?

Candi. Mit nichten; ſonderen ich bedencke zu vor bey mir ſelbſt meine Sünden / beweine ſelbige verfluche ſie / und nehme mir demnach vor ſelbige zu vermeiden.

Syn.

Syn. Num edere peccata incipis ùt primùm cancelli patent?

Syn. Fangeſt du ſo gleich an die Sünden zu erzehlen / ſo bald daß Gegitter eröffnet iſt.

Candi. Hic imperitis mos eſt, & ruſticis. Ego ſic confeſſionem exordior.

Candi. Das pflegen die Unwiſſende/ und Bauren zu thun. Ich fahe die Beicht alſo an:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Reverende Pater, lubétne mihi bene precari? Mox pergo hoc pacto: Confiteor Deo, omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, omnibus Sanctis, & tibi, Pater: quia peccavi nimis meâ maximâ culpâ.

In Nahmen des Vatters/ und des Sohns / und des heiligen Geiſtes. Ehrwürdiger Vatter beliebet mir den Segen zu geben. Hierauff fahre ich fort auff ſolche Weiſe: Ich beichte/und bekenne Gott dem Allmächtigen / der Seligſten allzeit Jungfrauen Mariä/ allen Heiligen/und dir Ehrwürdiger Vatter: daß ich offt/und viel geſündiget hab durch meine gröſte Schuld.

Nuperrimè confeſſus fui abhinc menſe, interea temporis offendi Deum multis modis; ſed præcipuè his peccatis. Hic noxas enumerare inſtituo.

Letzlich hab ich gebeichtet vor einem Monat/ wehrender Zeit hab ich Gott den Herren vielfältig erzürnet; fürnemblich mit dieſen Sünden. Hier fange ich an zu erzehlen meine Verbrechen.

Syn. Quo idiomate?

Syn. In welcher Sprach?

Candi. Quæ commodè poſſum, latinè effero, cetera linguâ vernaculâ.

Candi. Was ich füglich der mag / das ſage ich zu latein / das übrige auff die Mütterliche Sprach.

Syn. Ego nihil non latinè efferre didici.

Syn. Ich hab gelernet alles auff Latein auß zu ſprechen.

Candi. De quo libro?

Candi. Auß welchem Buch?

Digitized by Google

Syn. Mihi liber fuit Magiſtri noſtri labor, & induſtria. Is epitomen contexuit peccatorum, in quæ incurrere ferè conſuevit juventus: inde excerpo, quorum mihi ſum conſcius.

Candi. Operæ pretium eſt intelligere, recenſe ea, obſecro.

Syn. Prolixius eſt, quàm ut poſſim de memoriâ; recitabo de commentariolo, mihi in eam rem concinnato.

Candi. Nihil intereſt, de ſcripto pronuncies, an de memoriâ, modò audiam. Incipe.

Circa cogitationes.

Syn. Reverende Pater, negligentior fui in repellendis cogitationibus obſcœnis: ter leviter illis oblectatus ſum, ſed non præbui conſenſum.

Invidi ſodalibus meis, fratribus, ſororibus, cùm ſplendidiùs me veſtiebantur, aut blandiùs habebantur à Parentibus, aut Magiſtris.

Syn. Der Fleiß / und die Mühe unſeres Lehrers gat mir dießfals an Statt eines Buchs gedienet. Derſelbige hat einen kurtzen Begriff verfertiget der jenigen Sünden / in welche die Jugend mehrentheils zu fallen pflegt.

Candi. Dieſelbige iſt der Mühe gar wohl werth anzuhören: ich bitte dich / erzehle mir ſie.

Syn. Es fallet zu lang umb außwendig zu können; ich will dirs leſen auß meinem Hand-Büchle / welches ich mir zu dieſem End verfertiget hab.

Wolte Gott es wäre dieſe Gab dir / der du ſie empfaheſt/ ſo nützlich/ als ſie mir iſt/ der ich ſie gebe/ zum wenigſten meine übungen in der Schulen werd ich mit allem Fleiß verrichten; damit ich hierdurch zeige/ daß ich mich dem Lehrer zum neuen Jahr habe dargebē.

Rogo, ut boni conſulas. Scio, ſi me in diſciplinam tuam ſuſceperis, reddes me mihi meliorem: habe me tibi, obſecro, & munuſculum ne repudia. Capis, Simon?

Ich bitte dich/du wolleſt ſelbiges für lieb nehmen Ich weiß/wan du mich under die Zahl deiner Schüler wirſt rechnen / daß du mich mir beſſer wirſt widergeben: Ey ſo nehme mich dan zu dir/und verwerffe nit dieſes kleine Geſchencklein. Faſſeſt du dieſes/*Simon*?

Si. Senſum capio, ſi tenerem verba.

Si Ich verſtehe den Sinn/ wüſte ich nur die Wörter.

Pæda. Excipe: dictabo tibi: pòſt iterum, ac tertiò recole, tenebis; nam vales memoriâ.

Der Kindlehrer. Schreib ſelbige: ich will ſie dir in die Feder geben: demnach überſehe ſie zwey/ oder dreymahl / und du wirſt ſie ſchon wiſſen: dan du ein gute Gedächtnus haſt.

Si. Quando ità ſuades, tibi morem geram.

Si. Geſtalten du mirs alſoratheſt/ will ich es thun.

D I A L O G U S DECIMUS TERTIUS.

Amicus peregrè reverſus excipitur.

Dreyzeheņdes Geſpräch.

Ein auß der Frembden ankommener Freund wird bewillekommt.

HILARIUS, BONIFACIUS, BENEVENUTUS JOANNES.

Hilarius, Bonifacius, Benevenutus, Joannes.

Hilarius. Salvus ſis, Bonifaci.

Hilarius. Sey gegrüſſet / *Bonifacius.*

Bonifacius. Salvus ſis tu quoque: audiſtin' familiarem noſtrum Benevenutum heri in urbem advenıſſe peregrè?

Bonifacius. Und du ebenfals. haſt du gehöret daß unſer Freund Benevenutus geſteren anderſtwoher auß der frembden in die Statt kommen ſey?

Hila. Nonnihil inaudiveram.

Hila. Ich hatte ein Gerüchte gehöret.

Ge-

Salvum illum revertiſſe ſanè quàm gaudeo!

Boni. Verùm illi jure ſuccenſeo, non divertiſſe amicum ad me. In quo pernoctavit hoſpitio.

Hila. In hoſpitio ad ſignum nominis JESU, à templo Societatis JESU haud longiuſculè.

Boni. Conveniamus hominem, & indè ad nos deducamus.

Hila. Quin imò, videor illum ex adverſo videre properantem ad nos.

Boni. Certè is ipſe eſt, ſiquid novi neceſſarios: occurramus.

Gratulor tibi adventum, Benevenute.

Benevenutus. Habeo gratiam, Bonifaci, & Hilari: viciſſim lætor, quòd offenderim vos incolumes.

Hila. Offendiſti verò, Benevenute; nec levi offenſiunculâ.

Bene. Quid inſinuas offenſiunculæ? Nuſquam apud vos offendi, quòd ſciam.

Gewißlich ich bin ſehr erfreuet / daß er geſund widerkommen ſey.

Boni. Aber ich zürne billich über ihn / daß er nit bey mir iſt eingekehrt. In welcher Herberg iſt er über Nacht geweſen?

Hila. In der Herberg zum Nahmen JESUS genant / nit weit von der Kirchen der Geſellſchafft Jeſus.

Boni. Laſt uns zu ihm gehen / und ihn von dannen mit uns hinweg führen.

Hila. Aber mercke: mich dünckt ich ſehe ihnen da recht auff uns ankommen.

Boni. Gewißlich er iſts ſelbſt / wan ich meine Freund recht kenne: laßt uns ihm entgegen gehen.

Ich erfreue mich deiner glücklichen Ankunfft / Benevenutus.

Benevenutus. Ich ſage Danck Bonifacius, und Hilarius: ich erfreue mich hinwider / daß ich euch geſund antreffe.

Hila. Aber / Benevenutus, du haſt ungunſt / und ungnad auff dich geladen; und zwar kein ringe.

Bene. Von was ungnad redeſt du? ich weiß mich keines Verbrechens gegen euch ſchüldig.

Boni. Imò verò graviſſimè, cur ad ædes meas non divertiſti heri veſperi?

Bene. Obrueris hoſpitum multitudine: vix tua ſufferre poteſt ſumptus familia.

Boni. Nè verere: apud nos bonorum eſt affatim.

Bene. Inſuper cùm urbem intrarem, jam alta nox erat: jam ſoluta cœna, & ſublatæ menſæ domi tuæ: inexſpectatus adſuiſſem.

Boni. Nunquam inopinatò opprimunt me hoſpites.

Bonorum, inquam, penès nos eſt affatim: eſt mihi ſemper ſepoſiti aliquid: penum ſemper inſtructiſſimum.

Ut admoneor de hoſpitum adventu, è veſtigio apparavi convivium.

Bene. Hoſpitalem virum te judico: aptè tibi nomen eſt Bonifacio.

Beni. Bene amicis facere pro tenuitate meâ ſtudeo.

Bene. Hilari, quis nunc Bonifacio huic eſt promus condus?

Boni. Du haſt angeſtoſſen/ und zwar ſehr grob: warumb biſt du geſtern Abend nit bey mir eingekehret?

Bene. Es überfallen dich gar viele Gäſte: Es kan deine Haußhaltung kaum ſolche unkoſten tragen.

Boni. Sey ohne Forcht: wir haben Mittel gnug.

Bene. Darneben da ich in die Statt kamm/ war es ſchon gantz dunckel: das Abendeſſen geſchloſſen / der Tiſch in deinem Hauß auffgehoben: ich würde zu gantz ungelegener Zeit kommen ſeyn.

Boni. Niemahlen kommen mir die Gäſte ungelegen.

Ich ſage noch einmahl/ wir habē vorraths gnug: Es bleibt bey mir allezeit noch etwas übrig: die Speißkammer iſt immer wohl verſehen.

Sobald ich die Ankunfft der Gäſten vernehme / hab ich ſtuchs ein Mahlzeit zubereitet.

Bene. Ich halte darfür/ daß du ein gaſtreicher Mann biſt: nicht ohne Urſach wirſt du Bonifacius genennet.

Boni. Ich ſuche allezeit guten Freunden nach meinem Vermögen auffzuwarten.

Bene. Hilarius, was vor einen Kellner hat jetzund Bonifacius?

Hila.

Hila. Neſcis? haud ità pridem magno ſuo emolumento promum condum adſcivit ſibi novum:

Bene. Aveo virum cognoſcere.

Hila. Jam jam aſcendet è cellâ ſubterraneâ: eccum ipſum: nomen vis viri cognoſcere?

Bene. Pervelim.

Hila. Ipſum interroga.

Bene. Quod tibi eſt nomen, bone vir?

Ioannes. Vernaculo nobis idiomate vocor Joannes Petre.

Bene. Quaſi ſi latinè dixeris: Vocor Petri.

Ioan. Nempe, ſicut dicis.

Boni. Quid verbis opus eſt? Quod familiæ noſtræ bene vertat, promus condus mihi electus eſt Ioannes Petri.

Hila. Virum frugi nactus es, nec illiberalem.

Bene. Quàm id verum ſit, docebit hæc veſpera.

Hila. Weißt du das nicht? Er hat unlängſt einen neuen zu ſeinem gröſten Nutzen angenommen.

Bene. Ich verlange ſehr ihn zukennen.

Hila. Gleich wird er auß dẽ Keller hinauffkommen: ſihe / da iſt er: verlangſt du ſeinen Nahmen zu wiſſen?

Bene. Das wäre mein Wünſch.

Hila. Frage ihn ſelbſten.

Bene. Wie nenneſt du dich guter Freund?

Ioannes. In meiner Mutter Sprach heiſſe ich Ioannes Petrus.

Bene. Iſt ſo viel / als wan du auff latein geſagt hätteſt: Ich heiſſe Petri.

Ioan. Eben wie du ſageſt.

Boni. Was bedarfft es vieler Wörter? Gott wölle es unſerem Hauß gedeyen laſſen / ich hab zum Kellner erkieſen den Joannes Petri.

Hila. Du haſt einen getrewen / und doch freygebigen Man angetroffen.

Bene. Wie wahr dieſes ſey / ſoll ſich dieſen Abends zeigen.

Boni. Agè, Joannes Petri, huic perneceſſario noſtro de viâ heſternâ adhuc feſſo cœnam apparabis mox opiparam.

Sed merendam jam nunc adferas.

DIALOGUS DECIMUS QUARTUS.

Invitatio ad convivium.

FELIX, NATALIS, MARTIALIS.

FElix. Gratiſſimus tuus eſt in patriam reditus, Natalis.

Iter tuum enarrari mihi vehementer cupio: proinde in craſtinum te ad cœnam voco.

Martialis. Seriùs invitas: ego Natalem rogavi, cras ut mecum prandeat uſque in veſperam

Natalis. Vereor, ut alterutri poſſim hac in re morem gerere.

Fe. Quid cauſæ?

Nata. In prandium condixi apud ſocerum meum: veſperì autē nō foris, ſed domi

Boni. Wohlan/ Joannes Petri, dieſem unſerem Freund/ welcher von der geſterigen Reyß noch müd iſt / ſolſt du eilends ein gutes Nacht-Mahl zu rüſten.

Aber zum Trunck bringe unverzüchlich etwas hiehin.

Vierzehendes Geſpräch.

Einladung zur Mahlzeit.

FELIX, NATALIS, MARTIALIS.

FElix. Deine Widerkunfft ins Vatterland iſt mir ſehr angenehm/ Natalis.

Ich verlange ſehr / daß du mir deine Reyß erzehleſt. Derohalben lade ich dich auff morgen zum Nacht-Mahl ein.

Martialis. Du kommeſt zu ſpaht: ich hab ſchon den Natalis gebetten / daß er Morgen biß an den Abend wolle mein Gaſt ſeyn.

Natalis. Mich förchtet / daß ich keinem auß beyden werd können genug thuen.

Fe. Warumb das?

Nata. Vor den Mittag hab ich zugeſagt meinem Schwager: zu Abendt aber pflege ich nit drauſſen; ſonderen zu Hauß mit

mihi cum familiaribus cœnandum eſt.

Marti. Quotidie verſaris cum familiaribus.

Nata. Nè perurgete; amabò vos; cras mihi foris eſſe non licet.

Fe. Si cras tibi quoquam ire foras non ſit liberum, certè Divi Martini profeſtâ luce apud me ſis, volo.

Nata. Non auſim polliceri.

Marti. Cur non?

Nata. Incidunt ex inſperato ſubinde negotia: promittere nequeo.

Conviva inſperatus, gratiſſimus: adero non exſpectatus.

Marti. Velim potiùs, mihi diem conſtituas.

Nata. In damnum tuum iſtud præſcire cupis.

Fe. Hoc damnum ego, & Martialis lucro apponimus.

Nata. Quoniam ità vultis, faciam vos biduo antè certiores; at hac lege: ut vos rurſus mihi ſitis convivæ.

Fe. Equidem do fidem in futurum.

mit meinen Haußgenoſſen zu ſpeiſen.

Marti. Du biſt täglich bey deinem Hauß Geſind.

Nata. Ich bitte euch/ nöthiget mich nit; ich kan morgen nicht drauſſen ſeyn.

Fe. Wan du morgen nirgend kanſt hingehen/ ſo begehre ich/ daß du auff des heiligen Martinus Abend wolleſt zu mir kommen.

Nata. Dieſes darff ich nit zuſagen.

Marti. Warumb nit?

Nata. Es kommen zu Zeiten unverhofft einige Geſchäfft: ich kan nicht zuſagen.

Ein unverhoffter Gaſt iſt der angenehmſte: ich will unverſehens kommen.

Marti. Ich will lieber haben/ daß du mir einen Tag ſtelleſt.

Nata. Zu deinem Schaden wilſt du dieſes vorwiſſen.

Fe. Dieſen Schaden rechnen wir/ der Martialis/ und ich uns vor einen Gewinn.

Nata. Weilen ihrs dan ſo verlangt/ ſo will ich euch ſolches zwey Tag zuvorn wiſſen laſſen/ aber mit dem Beding: daß ihr auch hinwider meine Gäſte ſeyn ſollet.

Fe. Das verſpreche ich/ ſoll geſchehen.

Marti. Et ego recipio.

Nata. At non incomitatus veniam: comitem adducturus ſum unum, atque alterum, & eos munitos multâ fame.

Fe. Sequantur te, quotquot voles. Locus eſt & pluribus umbris.

Nata. Verùm, parce ſumptibus, obſecro; ſcis me convivam non multi cibi.

Fe. Pythagoricâ cœnâ te exceptum dices: adeò erit frugalis.

Nata. Sufficiunt quotidiana: præterea nihil paraveris.

Fe. Fiet, ùt mones: tu fac ad ſeptimam hîc adſis.

Nata. Curabitur. Vale.

Marti. Und ich nehme es an.

Nata. Aber ich werd nit allein kommen: einen / oder anderen hungerigen Geſellen werd ich mitbringen.

Fe. Bringe nur ſo viel dir beliebig. Es iſt auch noch Platz vor viele Ungeladene.

Nata. Aber eins bitte ich dich / ſpahre die Koſten; du weiſt / daß ich kein groſſer Eſſer bin.

Fe. Man wird dich ſo mäſſig halten; daß du dir wirſt einbilden / du ſpeiſeſt bey dem Pythagoras.

Nata. Tägliche Speiſen ſeynd genug: neben dem ſolſt du nichts anders zurüſten.

Fe. Es wird geſchehen / wie du erinnerſt: mache daß du umb ſieben Uhren zugegen biſt.

Nata. Ich will Sorg tragen. Gott behüte dich.

DIALOGUS DECIMUS QUINTUS.

Præparatio ad convivium.

LAURENTIUS, ARCHI-MAGIRUS, ANTHRAX.

LAurentius. Archi-Magire, rogat Herus num parata ſint, quæ coquenda in prandium, an nondum etiam?

Fünffzehendes Geſpräch.

Zubereitung zur Mahlzeit

Laurentius, der Kuchen-Meiſter / Anthrax.

LAurentius. Kuchen-Meiſter / es laſſet mein Herr fragen / ob zum Mittags-Eſſen alles bereit ſey / oder nicht?

Der

Archi-Magirus. Vix ſonuit undecima, & me moratur Jodocus obſonator noſter.

Dromo, ſportam cape, curre in forum piſcarium curriculo, adfer, quos mercatus eſt piſces: accelera.

Anthrax. Modò obſonatu Jodocus rediit: advexit Salmonem, accipenſerem, raias, oſtrea, ſoleas, piſces alios varii generis.

Archi. Viſam: ades huc, Anthrax, piſces igni ſuperpoſui in cacabo: hi ne decoquantur, tibi cautio eſt.

An. Dabo operam.

Tu, Laurenti, quoniam adſtas otioſus, parumper deſpumato: dum ego abeo allaturus ligna arida hinc è ſtrue proximâ

Archi. Quæ hæc eſt ignavia? mytuli nondum ſunt à ſordibus expurgati.

An. Unus ego expurgandis non ſufficio.

Der Kuchen-Meiſter. Es iſt ſchier eilff Uhren / und ich muß noch warten auff Jodocus unſeren Einkauffer.

Dromo, nehme den Korb / lauff eilends auff den Fiſch-Marck / bringe die Fiſch hiehin / welche er gekaufft hat: lauff in eil.

Anthrax. Jetz eben kommt Jodocus von dem Einkauffen zu ruck: er hat einen Lachs / Stör / Rochen / Oſtern / Schollen / und underſchiedliche andere Fiſch mehr mitgebracht.

Der Kuchen-Meiſter. Ich will gehen zuſehen: hieher / Anthrax, ich hab die Fiſch auffs Feuer in einen Keſſel auffgehenckt: ſehe zu / damit ſie nit verkochen.

An. Ich werd acht geben.

Du inzwiſchen / Laurentius, weilen du doch müſſig ſteheſt / ſchäume ſie ein wenig ab: dieweil ich gehe trucken Holtz von dem nåheſten Scheiterhauffen beyzubringen.

Der Kuchen-Meiſter. Was iſt das für ein Faulheit? die Muſchelen ſeynd noch nicht geſaubert.

An. Ich kan ſelbige allein nit reinigen.

Archi. Abi acceſſiturus unum, atque alterum, qui nobis hac in re operæ paulùm tribuant.

Laurenti, exige canem illum è culinâ fuſte quernâ: evertet ollas.

An. Felis dimidiatum penè butyrum devoravit.

Archi. Hoc tibi vitio datur.

An. Mihi autem?

Archi. Tibi verò. Quin arcebas illum à butyro?

An. Non prævideram.

Archi. Cave cuiquam dixeris præterea, nam Herus ſi reſciverit, tu illi tergo pœnas pendes.

An. Quid hac faciam aſelli caudâ?

Archi. Cedò, ut igni ſuperponam: tu adfer craticulam.

An. Num is aſellus erat recentior?

Archi. Caput conſule: en ùt rubent branchiæ: id indicium eſt certiſſimum.

Der Kuchen-Meiſter. Gehe noch einen / oder anderen ruffen / welche uns hier etwas helffen.

Laurentius treib den Hund auß der Kuchen mit einem eychinen Stecken: er wird die Haffen umbwerffen.

An. Die Katz hat ſchier die halbe Butter auffgefreſſen.

Der Kuchen-Meiſter. Das iſt deine Schuld.

An. Meine? wie alſo?

Archi. Ja deine. Warumb haſt du dieſelbige nit von der Butter hinweg getrieben?

An. Ich hatte es nit vorgeſehen.

Der Kuchen-Meiſter. Sehe zu / daß du es niemand mehr ſageſt / dan wan es mein Herr ſoll innen werden / wirſt du es ihm mit der Haut bezahlen müſſen.

An. Was ſoll ich mit dem Bolchſtertz machen?

Der Kuchen-Meiſter. Gib hieher / damit ich ihn auffs Feuer hange: bringe die Rooſt herbey.

An. Ware der Bolch friſch?

Der Kuchen-Meiſter. Beſehe den Kopff: ſihe wie die Fiſchohren / oder Kiefen ſo roth ſeynd: das iſt ein gewiſſes Zeichen.

Haſt

Aquámne in ahenum infudiſti, quod juſſeram?

An. Etiam ſupra focum appendi. Quid jam poſtea?

Archi. Fac, bulliat aqua, quò celeriùs excoquatur lucius fluviatilis.

Nimiùm modò attollis ahenum, modò demittis: ſerva medium.

An. An aceti guttas aliquot inſtillabo, quò piſcis ſapiat acriùs?

Archi. Tu fac, ipſe ſapias, & abſtine: inſtillabis acetum, cùm tibi præcepero.

Laurenti, admone Archi-Triclinum, menſam ut ſternat: interea temporis cetera fercula apparavero.

DIALOGUS DECIMUS SEXTUS.

Menſæ exſtructio.

LAURENTIUS, ARCHI-TRICLINUS.

LAurentius. Heus, heus, Archi-Tricline: adesdum, exſtrue ociùs menſam; eſt enim tempus

Haſt du Waſſer in den Keſſel eingeſchüttet/ gleich wie ich befohlen hatte?

An. Ich hab ihn auch auffs Feuer gehangen: Was iſt nun mehr zu thuen?

Der Kuchen-Meiſter. Mache/ daß das Waſſer ſiede/ damit der Fluß-Hecht deſto geſchwinder abkoche.

Du hangeſt bald den Keſſel zu hoch/ bald laßt du ihn zu viel ſincken: halte das mittel.

An. Soll ich etliche Tropffen Eſſig laſſen hinein trüpffen/ damit der Fiſch einen ſäurigen Geſchmack bekomme?

Der Kuchen-Meiſter. Werde doch witzig/ und laſſe es ſeyn. Wan ich es dir befehlen werd/alß dan ſolſt du Eſſig hinein ſchütten.

Laurentius ermahne den Hoff-Meiſter/ daß er den Tiſch decke/ wehrender Zeit will ich die übrige Gericht fertig machen.

Sechszehendes Geſpräch.

Zubereitung zur Taffel.

Laurentius, der Hoff-Meiſter.

LAurentius. Hola/ Hola/ Hoff-Meiſter: komm hieher/ mache den Tiſch als bald zu recht: dan es iſt Zeit

das

prandendi. Herus præſtolatur convivas.

tagmahl einzunehmen. Mein Herr verwartet die Gäſte.

Archi Triclinus. Jam unum id ago: ſis mihi paululùm ſubſidio, quæſo te.

Der Hoff-Meiſter. Das iſt jetzt eben mein Arbeit: ich bitte dich/lieber/ helffe mir ein wenig.

Lau. Non recuſo: ubi eſt mappa.

Lau. Dieſes will ich gern thuen: wo iſt das Tiſchtuch?

Archi. Jacet in ſcrinio ſub menſâ.

Der Hoff-Meiſter. Es ligt im Laden underm Tiſch.

Lau. Ubi autem orbes ſunt ſtannei?

Lau. Wo ſeynd aber die zinnne Telleren?

Archi. Reſpice: ſunt ad manum ſupra abacum.

Der Hoff-Meiſter. Sihe umb: ſie ſeynd bey der Hand auff der Anrichten.

Lau. Papæ! Ut relucent! Non ſecùs, ac terſum ſpeculum.

Lau. Mein! wie glantzen ſie Nicht anderſt als wie geſchliffener polierter Spiegel.

Archi-Triclinus. Hoc meis debent manibus: herì ad ſudorem defricui. Mantile mundum ſingulis impone orbibus: juxtà verò cultrum, fuſcinulam, cochleare.

Der Hoff-Meiſter. Dieſes müſſen ſie meinen Händen dancken; ich hab dieſelbige geſtern biß zum Schweiß abgerieben Auff einen jeden Teller lege ein reine Handzwehelen / darneben aber ein Meſſer/ein Gabälein / und ein Löffel.

Laur. Monſtra mihi ſalina: ſingula implebo ſale: ubinam ſunt?

Lau. Zeige mir die Saltzfäßlein: ich will ein jedes mit Saltz anfüllen: wo ſeynd ſie?

Archi-Triclinus. Foris propter januam triclinii videbis armarium: aperi, illic invenies.

Der Hoff-Meiſter. Drauſſen bey dem eingang des Speiß-Saals wirſt du einen Schanck ſehen: ſolchen ſchlieſſe auff / hier wirſt du ſie finden.

Unà adfer caniſtrum.

Bringe zu gleich mit dem Brodkorb.

Lau. Scio conſuetudinem: abdam ſub unumquodque mantile panem triticeum candidum.

Archi-Triclinus. Sicut dicis.

Panem autem ſecundarium ſeca in partes oblongas, ut circumferatur cupientibus.

Lau. Videtur is mihi panis non recens.

Archi. Nè te crucia: abi, ſtatue ſalinum hoc in medio menſæ: ego aquam hauriam extergendis cyathis, vitris, & cantharis.

Lau. Jam jam tibi operam navabo.

Archi. Cave, ne illidas illos in marginem ſitulæ, & diſtringas, cryſtallini ſunt, & cari.

Lau. Quot opus eſt eluere?

Archi. In ſingulos convivas bina; alterum cyathum vinarium, alterum cerviſiarium.

Lau. Num quid deſideratur præterea?

Lau. Ich weiß die gewohnheit: under ein jede Handzwehel ſoll ich ein Weißbrodt legē.

Der Hoff-Meiſter

Mache es gleich/wie du ſageſt.

Das ſchwartz Brodt aber ſchneide in langlechte Stück/ damit es könne herumb getragen werden denen / ſo es forderen.

Lau. Mich gedüncket / daß dieſes Brodt nit friſch gebacken ſey.

Der Hoff-Meiſter.

Sey ohne Sorgen: gehe hin/ ſtelle dieſes Saltzfäßlein auff den Tiſch: ich will gehē waſſerſchöpffen für die Becher/Gläſer/und Krüg außzuſchwenckē.

Lau. Jetz gleich will ich dir kommen helffen.

Der Hoff-Meiſter.

Hüte dich daß du ſie nit anſtoſſeſt gegen den Rand des Eymers / und ſie zerbricheſt / ſie ſeynd von Cryſtall / und theuer.

Lau. Wieviel müſſen derſelbigen außgeſpület werden?

Der Hoff-Meiſter.

Vor einen jeden Gaſt zwey / ein vor den Wein/und das ander für daß Bier.

Lau. Fehlet auch noch etwas mehr?

Der

Archi. Sedilia adferamus è proximo conclavi.

Nunc confuſa, ſuo quæque loco reponamus.

Cœnaculum inſtructum eſt: adſint convivæ, ubi libuerit.

Lau. Patrem familias commonefaci m.

Der Hoff-Meiſter.

Laſt uns Stühl beytragen auß dem nechſtem Zimmer.

Nun laſt uns alles an ſein Orth ſtellen.

Der Speiß Saal iſt zubereitet: die Gäſte mögen kommen, wan es ihnen beliebet.

Lau. Ich will den Hauß-Vatter ermahnen.

ADAGIORUM *Adagiorum decas tertia.*

DECAS TERTIA. Die dritte zehen Sprüch-Wörter.

1. Malum conſilium conſultori peſſimum.

1. Untreu trifft ihren eigenen Herren.

Oder. Böſer Rath dem Rathgeber ſelbſten ſchadt.

2. Pares cum paribus facilè congregantur.

2. Gleich / und gleich geſellet ſich gern.

3. Suum cuique pulchrum.

3. Ein jeden dünckt ſein Eul ein Falck zu ſeyn.

Oder. Ein jeder Krämer lobt ſeine Wahren.

4. Semper graculus aſſidet graculo.

4. Vögel von gleichen Federen fliegen gern zuſammen.

5. Figulus figulo invidet.

5. Es verdrieſt immerzu einem Bettler / wan der ander vor der Thür ſtehet.

Oder. Es iſt dem einen Hund leidt / daß der ander in die Kuchen gehet.

6. Cum vulpe vulpinandum.

6. Man muß Füchs mit Füchs fahen.

7. Ubi timor, ibi pudor.

7. Wo Forcht iſt / da iſt auch Schahm.

8. Non eſt ejuſdem multa, & opportuna dicere.

8. Viel / und wohl reden ſeynd ſelten bey ſammen.

9. Rem acu tetigiſti.

9. Du haſt den Nagel auff den Kopff getroffen.

10. Naturam expellas furca, tamen uſquè recurret.

10. Die Katz verlernt das Mauſen nicht.

Oder. Natur gehet über die Lehr.

DIALOGUS DECIMUS SEPTIMUS.

Convivium.

PATERFAMILIAS, LAMBERTUS, ADRIANUS, ANTONIUS.

Siebenzehendes Geſpräch.

Der Hauß-Vatter / LAMBERTUS, ADRIANUS, ANTONIUS.

Ante accubationem.

Vor dem Niderſitzen.

Paterfamilias. Veſter omnium adventus, Convivæ, eſt mihi longè gratiſſimus, gratiáſque ago, quòd menſam meam præſentiâ veſtrâ cohoneſtare dignemini.

Der Hauß-Vatter. Euer Ankunfft / liebe Gäſte / iſt mir ſehr angenehm / und ſage danck / daß ihr durch eure Gegenwarht meine Tafel beehret.

Lambertus. Imò noſtrum eſt gratias agere, quòd nos in ædes tuas intromiſeris.

Lambertus. Wir müſſen uns billich bedancken / daß du uns in dein Hauß haſt auffgenommen.

Paterfa. Quin imò hæc miſſa faciamus: prandium corrumpitur: lavemus, ac diſcumbamus.

Der Hauß-Vatter. Laſt uns vielmehr dieſe Höfflichkeiten auff ein Seit ſetzen: die Speiſen werden kalt: laſt wir uns waſchen / und zu Tiſch ſitzen.

Adrianus. Tu hìc regnum poſſides, impera modò: parebimus.

Adrianus. Du biſt alhier Herr / gebiete nur: ſo werden wir gehorſamen.

Paterſa. Heus tu, puer, cape guttum, ac patinam, linteum ex humero ſuſpende, miniſtra aquam, Quid ceſſas?

Lava, Antoni.

Antonius. Lava tu prior.

Paterſa. Bonâ tuâ veniâ: hoc anno perpetuò illotus prandere mallem.

Anto. Ridiculum! Tu es urbanus plùs ſatis: quorſum attinet iſta urbanitas?

Paterſa. Hujuſmodi immodica urbanitatis officia Aulicis relinquamus: unde olim profecta ſunt, eò remittamus.

Accede Lamberte.

Lam. Non ego initium dedero.

Paterſa. Ne teramus tempus ejuſmodi moris: lavemus terni, aut quaterni, ſimul.

Anto. Hoc expedit.

Paterſa. Tu cibos conſecra, fili? formulâ vulgari.

Der Hauß-Vatter. Jung komm hier / nehme das Gießfaß / und die Schüſſel / hange ein Tuch auff die Schulter / und reiche das Waſſer. Wo bleibeſt du?

Waſche dich / Antonius.

Antonius. Waſche du dich zum erſten.

Der Hauß-Vatter. Ich bitte umb Vergebung / wolte lieber dieſes gantze Jahr ungewaſchen zu Tiſch geben.

Anto. Es iſt lächerlich! Du biſt all zu höfflich: wo zu dienet alle dieſe Höfflichkeit?

Der Hauß-Vatter. Laßt uns dieſe viel zu groſſe Höfflichkeiten den Höfflingen überlaſſen: und dahin ſenden / von wannen ſie erſtlich ſeynd herkommen.

Komme hieher Lambertus.

Lam. Ich werd den Anfang nicht machen.

Der Hauß-Vatter. Laßt uns die Zeit doch nicht verderben mit dergleichen Verweilungen. laßt unſer drey / oder vier ſich zu gleich waſchen.

Anto. Dieſes iſt beſſer.

Der Hauß-Vatter. Sohn ſpreche das gewöhnliche Tiſch-Gebett.

Filius. Benedicite. ℞. Benedicite. ℣. Nos, & ea, quæ ſumus ſumpturi, benedicat dextera Chriſti in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. ℞. Amen. ℣. Kyrie eleiſon. ℞. Chriſte eleiſon. ℣. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos inducas in tentationem. ℞. Sed libera nos à malo. ℣. Menſæ cæleſtis participes faciat nos Rex æternæ Gloriæ.

Accubatio. — Man ſetzet ſich zu Tiſch.

Paterfa. Nunc accumbite, Convivæ: grata mihi veſtra eſt præſentia. — Der Hauß-Vatter. Nun ſetzet euch liebe Gäſte/ es iſt mir angenehm euer Gegenwart.

Agè, Lamberte, locum occupa, ubi videtur. — Nun wohlan / Lambertus, nehme Platz/ woh es dir gefällig iſt.

Lam. Te decet eſſe locorum arbitrum. — *Lam.* Du mußt die Platzen außtheilen.

Paterfa. Ego nulli deſignabo locum: ſumat ſibi quiſque, quem volet. Qui delectatur igni, hîc commodiùs accumbet. — Der Hauß-Vatter. Ich werd keinem den Platz anzeigen: ein jeder nehme den/ſo ihm beliebet.

Wer gern bey Feuer ſitzet wird hier beſſer ſeyn.

Qui offenditur luce, deligat hunc angulum. — Wer das liecht nicht vertragen kan/ der komme in dieſen Eck.

Quid cunctaris, Lamberte? Quaſi non nôrimus nos inter nos. — Woh warteſt du auff/Lambertus? Als wan wir einander nicht kenneten.

Accumbite. — Sitzet allzumahl nieder.

Lam. Præi exemplo, ſequemur. — *Lam.* Gehe du uns vor mit einem guten Beyſpiel / wir werden folgen.

Paterfa. Ego domi ſum: vel ſtans prandebo, ſi lubeat, vel obambulans.

Der Hauß-Vatter. Ich bin hier zu Hauß: ich will/ wie es mir gefallet ſtehend eſſen/ oder auff/ und abgehend.

Ceſſatis? At interim cibi refrigeſcunt.

Wartet ihr noch? darzwiſchen werden die Speiſen widerumb kalt.

Agitè, Hoſpites humaniſſimi, quæſo, epulas noſtras, licèt tenues, æqui, boníque conſulite.

Wohl an / liebſte Gäſte/ ich bitte/ihr wöllet dieſe geringe Mahlzeit für lieb annehmen.

Anto. Non eſt, quòd extenues: prandium eſt apparatiſſimum.

Anto. Du bedarffſt ſie nicht zu vergringeren: es iſt ein wohl zugerſiſtete Mahlzeit.

Paterfa. Imò frugale, & ſimplex; ſed veſtrâ fretus facilitate, familiariter vos vocare auſus ſum.

Der Hauß-Vatter. Es iſt halt gemeine / und tägliche Koſt: aber auß Vertrauen auff euere Gütigkeit hab ich euch freundlich nöthigen dörffen.

Ceterùm præbete vos hilares, ac lubentes amabò.

Im Ubrigen/bitte ich euch/ ſeyd lüſtig/ und fröhlich.

Adſis, Claudi: nemo dignatur vel guſtare hæc: tolle ociùs, & affer quid aliud.

Komm hieher / Claudius: niemand wilt hiervon verkoſten / nehme es alsbald hinweg / und bringe etwas anders.

Adri. Quid opus fuit hoc tanto ſumptu?

Anto. Was iſt es doch nothwendig geweſen / ſo viel Unkoſten anzuwenden.

Paterfa. Nullos feci ſanè ſumptus: pleraque mihi ab amicis miſſa ſunt.

Der Hauß-Vatter. Gewißlich ich hab keine Koſten gemacht: der mehreſte Theil iſt mir von meinen Freunden geſchickt worden.

Antoni, tu non edis: agito, ac ſi eſſes domi tuæ.

Antonius, du iſſeſt nicht: thue / als wan du zu Hauß wäreſt.

Anto.

Anto. Non conſuevi ſuper menſam verecundari.

Paterfa. Excerperem tibi aliquid, Adriane, ſi palatum tuum tenerem.

Lubétne miniſtrem tibi de anſere hoc aſſo?

Adri. Non ſum rejecturus, quod à tuâ manu venerit; verùm tu nimium laboris meâ causâ capis: tu omnibus miniſtras, ipſe nihil edis.

Paterfa. Vultisne ſinguli tantundem meâ causâ facere, quantum veſtrâ ſum facturus?

Lam. Volumus, ac lubentes quidem.

Paterfa. Ebibet igitur ordine ſuum quiſque calicem.

A me exemplum capietis.

Tibi primùm propino hunc cyathum, Antoni: à te ibit in orbem.

Anto. Sit ſaluti: bibe feliciter.

Paterfa. Cedat in ſanitatem hujus conſortii.

Anto. Equidem non recuſo: accipio abs te libenter.

Anto. Ich pflege über Tiſch nicht ſchamhafft zu ſeyn.

Der Hauß-Vatter.
Ich wolte dir gern etwas ſchneiden/ Adrianus, wan ich nur deine Gelüſten wüſte.

Wilſt du / daß ich dir von der gebratenen Ganß etwas vordiene?

Adri. Was von deiner Hand kommt/ werd ich nicht verwerffen; Aber du nimbſt zu viel Mühe meinetwegen: du dieneſt allen/ und iſſeſt ſelbſt nichts.

Der Hauß-Vatter.
Wöllet ihr alle mir zu gefallen das thuen/ was ich euch thuen werde?

Lam. Gar gern.

Der Hauß-Vatter.
So ſoll dan ein jeder ſeinen Becher außtrincken.

Ich will vorgehen.

Dir bringe ich zum erſten dieſen Becher zu / Antonius: von dir ſoll er in die Ründe herumbgehen.

Anto. Gott geſegne es dir: es bekomme dir wohl.

Der Hauß-Vatter.
Auff die Geſundheit dieſer Geſellſchafft.

Anto. Ich meines Theils bin es zu frieden: ich will es gern von dir erwarten.

Paterſa. En exhauſi: tu paria facito.

Der Hauß-Vatter. Sihe ich hab es außgetruncken: thue des gleichen.

Anto. Præbibo tibi hanc pateram, Lamberte, in ſalutem Regis.

Anto. Ich bringe dir dieſe Schalen/ Lambertus auff die Geſundheit des Königs.

Lam. Non poſſum tibi reſpondere.

Lam. Ich kans dir nicht beſcheid thuen.

Nec decet Chriſtianum ad æquales hauſtus cogere.

Es zimmet ſich auch nit einen Chriſten Menſchen zu gleichen Züchen zwingen wollen.

Anto. Quando te hæc nova inceſſit religio?

Anto. Wan biſt du ſo heilig worden?

Valebis, ſcio: vitrum eſt modicum.

Ich weiß wohl du kanſt es thuen: das Glaß iſt mäſſig.

Lam. Satis eſt capax, & ſæpius recurrit.

Lam. Es iſt groß genug/ und gehet öffter umb.

Paterſa. Quid cenſes de vino Lamberte? Tu palati es peritiſſimi.

Der Hauß-Vatter. Was gedüncket dich von dem Wein / Lambertus? du haſt einen zarten Geſchmack.

Lam. Vinum eſt inſigniter bonum, meo quidem judicio.

Lam. Meines erachtens iſt es ein ſehr guter Wein.

Paterſa. Video vos ſegniter attingere.

Der Hauß-Vatter. Ich ſehe das ihr langſam zugreiffet.

Libétne cuiquam quidquam ampliùs?

Beliebet einem noch etwas?

Adri. Nihil omnino; ſatis ſtrenuè munus noſtrum adminiſtravimus.

Adri. Gantz/und gar nichts/ wir haben unſer beſtes gethan.

Paterſa. Jubebo igitur proferri bellaria.

Der Hauß-Vatter. So will ich dan die Früchten/ und Zuckerwerck aufftragen laſſen.

Claudi, tolle hæc, & bellaria apponito: muta orbes.

Claudius nehme dieſes hinweg/ und ſetze das Obs/ und Zuckerwerck auff: verändere die Teller.

Anto. En omne genus delicia um.

Anto. Sihe hie ſeynd allerley Schleckerbißlein und Ergetzlichkeiten.

Paterfa. Fructus ſunt, quos noſter hortus benignè effundit.

Der Hauß-Vatter. Es ſeynd Früchten auß unſerem Garten.

Anto. Tantò erunt ſuaviores, quòd vernaculi.

Anto. Deſto beſſer werden ſie ſchmäcken/ weilen ſie von dir herkommen.

Paterfa. Sed cur ceſſat patera? Cur non obambulat?

Der Hauß-Vatter. Aber warumb ſtehet die Schale ſtill? Auß was Urſachen gehet ſie nit herumb?

Adri. Nimiùm diu protrahimus epulas.

Adri. Wir verziehen die Mahlzeit zu lang.

Jube menſam removeri, ſi tibi placet.

Befehle/ daß die Tafel auffgenommen werde/ wan es dir beliebet.

Paterfa. Jam jubebo.

Der Hauß-Vatter. Jetz will ichs befehlen.

Poſt accubationem,

Nach dem Tiſch.

Interim veſtrûm erit hoc, qualecunque eſt convivium, boni conſulere.

Ich bitte euch nochmahlen/ ihr wöllet dieſe geringe Mahlzeit vor lieb nehmen.

Animus certè purus eſt ſi parùm lautum eſt convivium.

Der Will iſt fürwahr gut/ obſchon die Mahlzeit ſchlecht.

Anto. Scitus ſanè Convivator es: benignè, comitérque nos habuiſti.

Anto. Du verſteheſt dich gewißlich wohl die Gäſte zu empfahen: du haſt uns ſehr wohl gehalten.

Paterſa. Fili ades huc: age Deo gratias clarè & diſtinctim.

Der Hauß-Vatter

Sohn komm hieher: ſage Gott dem Herren Danck langſam / und deutlich.

Filius. De tali convivio benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℣. Agimus tibi gratias omnipotens Deus pro univerſis beneficiis tuis, qui vivis, & regnas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Kyrie eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon. ℣. Kyrie eleiſon. Pater noſter &c. ℣. Et nè nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. ℟. Amen. ℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Paterſa. Placétne ſpatia faciamus duo, vel tria per hortum noſtrum?

Der Hauß-Vatter.

Beliebet es euch/ daß wir ein/ oder andermahl durch unſeren Garten ſpatzieren gehen?

Anto. Faciamus: ajunt enim tibi hortum eſſe exultiſſimum.

Anto. laß es geſchehen/ dann man ſagt / daß du einen gar zierlichen Garten habeſt.

Paterſa. Mediocriter: ſpectabitis, ſi me comitari placuerit.

Der Hauß-Vatter.

Zimlich: ihr werdet ihn ſehen/ wan es euch wird gefällig ſeyn mit mir zu gehen.

Anto. ſubſequemur.

Anto. Wir werden folgen.

DIALOGUS DECIMUS OCTAVUS.

Narratio convivii.

Donatus, Simon.

Achtzehendes Geſpräch.

Erzehlung der Mahlzeit.

Donatus, Simon.

Donatus. Agè, quoniam nunc otioſi ſumus, narra mihi, quæſo aliquid de he-

Donatus. Wohlan / weilen wir doch jetz müſſig ſeynd / ſo bitte ich dich / erzehle mir etwas von dem geſtrigen Gaſt-

Mahl

ſterno convivio inſtructo domi tuæ.

Simon. Quid de illo ſcire cupis?

Dona. Primùm, qui convivæ fuerint deinde, quàm lautum, & opiparum convivium.

Si. Convivæ fuerunt hi præcipui:

Duo Conſules, urbis Præfectus, alii tres primæ notæ è Senatorum numero.

Dona. Noſtine viros?

Si. De facie quidem; ſed eorum non teneo nomina.

Dona. Quis accumbebat in capite menſæ?

Si. Rogas? Præfectus urbis.

Dona. Tu verò ubinam?

Si. Egóne homuncio cum tantis viris epularer? ſatìs mihi honorificum fuit, quòd miniſtrarem.

Dona. Habeo de convivis ſatìs: nunc exſpecto de convivio.

Si. Longum eſt ſingula

mahl/welches in euerem Hauß iſt angeſtellet geweſen.

Simon. Was verlangeſt du hiervon zu wiſſen?

Dona. Erſtlich / was für Gäſte alda geweſen ſeynd: zum anderen/ wie köſtlich/und herrlich die Mahlzeit ſey zugerüſtet geweſen.

Si. Die fürnembſte Gäſte ſeynd geweſen dieſe:

Zwey Bürgermeiſter / der Statthalter / und noch drey andere von den fürnehmſten des Raths.

Dona. Kenneſt du dieſelbige nicht?

Si. Von anſehen zwar;aber ihre Nahmen ſeynd mir unbekant.

Dona. Wer ſaſſe oben an?

Si. Wie frageſt du dieſes? der Statthalter.

Dona. Wo haſt du geſeſſen?

Si. Wie ſolte ich ſchlechter menſch mit ſolchen fürnehmen Leuthen zu Tiſch ſitzen? es iſt mir Ehr gnug geweſen / daß ich dienen konte.

Dona. Ich hab gnug von den Gäſten: nun verlange ich auch etwas zu hören von dem Gaſtmahl.

Si. Es fallet langwirig allen

enarrare fercula. Dabo tamen operam, ut aliquâ ex parte expleam deſiderium tuum.

Dona. Succedamus ſub porticum, ut in umbrâ commodiùs fabulemur.

Si. Accipe ergo menſæ principium:

Inprimis appoſitæ ſunt pernæ ſalitæ, linguæ bubulæ, ſale, & fumo induratæ.

Dona. Nempe ad excitandam appetentiam, & ſitim acuendam.

Si. Nempe ſicut dicis. eodem ordine interpoſita acetaria è lactucis, aſparagi, minutalia vitulina cum ovorum ſolidis vitellis, & plura alia.

Atque hic miſſus primus fuit.

Dona. Nihilne interim bibitum eſt?

Si. Indigna homine quæſtio.

Sed de potibus agam poſteriùs; ſine me cibos expedire.

Dona. Proſequere: auſculto.

Gericht zu erzehlen: danoch will ich mich underſtehen deinen Verlangen einiger maſſen ein genügen zu leiſten.

Dona. laßt uns under den Schopffen gehen / damit wir im Schatten deſto gemächlicher mit einander reden.

Si. Höre den Anfang der Mahlzeit:

Erſtens ſeynd auffgeſetzet worden geſaltzene Schuncken / geräuchte / und geſaltzene Ochſenzungen.

Dona. Zweiffels ohn umb die Luſt zum eſſen und trincken zu ſchärpffen.

Si. Ja; wie du ſagſt.

Zwiſchen beyden waren geſtellt Salat / Spargen / gehackt Kalbfleiſch mit harten Eyer Totteren / und ſonſt andere nebengerichter.

Und dieß ware die erſte Aufftracht.

Dona. Iſt in zwiſchen nichts getruncken worden?

Si. Iſt dieſes wohl werth zu fragen?

Aber von dem Trunck will ich darnacher reden; laß mich die Speiſen erſt abmachen.

Dona. Fahre fort ich höre zu.

Si. in ſecundo miſſu hæc ferè fuerunt: artocreas, pulli gallinacei elixi cum intubis candidiſſimis, caro bubula, vervecina, ſuilla recens, & ſalſa.

Sed hîc fabulatum plùs fuit, quàm eſum.

Dona. Nil miror: deſiderabatur condimentum.

Si. Quodnam?

Dona. Fames. Nam ùt eſt in adagio: Optimum condimentum eſt fames.

Si. Fames non deerat; verùm aſſa exſpectabantur.

Dona. Et ego exſpecto: veniamus ad tertium miſſum.

Si. Aſſa hæc fuerunt appoſita: pulli columbini, anſer fartilis, nefrendes caſtaneis farti, cuniculi, & armus vervecinus, duæ perdices junctæ cum lepuſculo.

Dona. Unum mihi videris prætermiſiſſe.

Si. Quid illud eſt?

Dona. Nullàne erant condimenta?

Si. In der zweiten Aufftracht ware ſchier dieſes: ein Fleiſchpaſtet / geſottene junge Hühnlin mit weiſſen Endivien / Ochſenfleiſch / Hammelfleiſch / friſch / und geſaltzenes Schweinenfleiſch.

Aber hiebey hat man mehr geredt / dan geſſen.

Dona. Es nimbt mich nicht wunder: dan es mangelte das Gewürtz.

S. Was für Gewürtz?

Dona. Der Hunger / dan wie das gemeine Sprüchwort geht das beſte Gewürtzt / gleich wie der beſte Koch iſt der Hunger.

Si. An Hunger fehlte es uns nicht; aber wir warteten auff den Braten.

Dona. Und ich warte auch darauff: laßt uns zur dritten Aufftracht ſchreiten.

Si. Folgende Braten hat man auffgetragen: junge Dauben / ein gemäſtete Ganß / Spanferckel mit Kaſtanien angefüllt / Kaninicher / ein Hammelsbug / zwey Feldhüner ſampt einem Häßlein.

Dona. Mich dunckt / du biſt eines vergeſſen.

Si. Was iſt das?

Dona. Waren dan keine Sooßen?

Si. Varia erant embammata, ſeu intinctus ſaporis exotici, ſingulis propemodum ferculis addita,

Nec verò defuerunt capparides, mala aurea, citrea, olivæ conditivæ,

Dona. O quot gulæ irritamenta!

Si. Tandem, cùm jam nemo ampliùs quidquam attingeret, jubet Pater inferri bellaria, in quibus hæc fuerunt inter cetera:

Caſeus recens, & vetus, placentæ è pomis, oryza in lacte cocta, ſaccharo, & cinnamomo densè conſperſa,

Armeniaca mala, ficus ceraſa, uvæ paſſæ, & alia, quæ nunc mihi non occurrunt.

Dona. Age verò, quale vinum appoſitum fuit?

Si. Si de colore quæris, album fundebatur, rubrum, & flavum, omnia generoſiſſima: commendabant plerique Rhenanum, pauci bibebant Gallicum, vix aliquis delibabat Hiſpanicum.

Dona. Quis fuit prandii exitus?

Si. Es waren underſchiedliche Sooßen / oder frembde Brühen / ſchier bey einem jeden Gericht.

Es fehlte auch nicht an Cappern / Oraniäpffelen / Citronen / und eingemachten Oliven.

Dona. O was Leckerbißlein den Schleck zu reitzen!

Si. Endlich / da nun keiner mehr was berühren wolte / befahle mein Vatter das Nacheſſen / und Zuckerwerck auffzutragen / under anderen waren auch folgende Gericht.

Ein friſcher / und alter Käß / Apffeltarten / Reißbrey häuffig mit Zucker / und Zimmet beſtreuet.

Aprikoſen / Feigen / Kirſchen / Roſinnen / und ſonſt mehres / ſo mir jetzt nicht beyfallt.

Dona. Aber ſag an / was vor Wein iſt auffgeſetzt worden?

Si. Was die Farb angehet / ſchenckte man weiſſen / rothen / und gälben alle die köſtlichſte Wein: die mehriſte lobten den Reiniſchen / wenig truncken Frantzen / kaum ware einer / ſo den Spaniſchen verſuchte.

Dona. Wie würde die Mahlzeit geendiget?

Si.

Si. Ubi vidit Pater convivas omnes jam ſaturos edendo, & bibendo; ordine tollontur omnia: datur aqua odorifera manibus abluendis.

Si. Da mein Vatter geſehen / daß den. Gäſten nicht mehr beliebte zu eſſen / noch zu trincken ward alles nach der Ordnung abgetragen/ und ein wohlreichendes Waſſer die Händ zu waſchen dargereicht.

De more Deo gratias agimus.

Man danckt Gott / wie bräuchlich.

Denique ad convivas Pater inquit: mihi, quæſo, ignoſcite, quòd pro dignitate non vos ampliter ſatis exceperim.

Zum letzten ſprache mein Vatter zu den Gäſten: ich bitte euch / haltet mirs zu gut / daß ich euch nach euerem wehrt / und Verdienſt nicht herrlich gnug gehalten

Contrà Præfectus urbis objurgat eum, quòd tam magnifico, & ſumptuoſo apparatu convivatus fuiſſet.

Der Statthalter hingegen verwieſſe ihm / daß er all zu herrlich wäre gaſtiret worden.

His dictis ſurgunt è menſâ univerſi. Magna pars, vale dicto, ſtatim diſceſſit: ceteri manent ſtantes in aulâ, & confabulantur.

Demnach ſtunden alle von der Tafel auff.

Gar viel nahmen ihr Abſcheid / und giengen alsbald darvon: die übrige blieben ſtehen in dem Saal / und redten miteinander.

Nónne ego tibi lautum exſtruxi convivium?

Hab ich dir nicht ein köſtliche Mahlzeit vorgeſtellt?

Dona. Tali convivio ego nunquam interfui.

Dona. Bey dergleichen Mahlzeit bin ich noch nie geweſen.

Si. At gaudeo nunc ſaltem ſtomacho tuo à me factum eſſe ſatis.

Si. Ich aber erfreue mich / daß ich zum wenigſten deinem verlangen ein gnügen gethan.

Dona. Et tandem nihilo minùs, quàm antè eſurio.

Dona. Mich hungert aber / wie zu vor.

Ego te ad merendam invito, unde non abeas famelicus.

Si. Recipio.

Dona. Quid?

Si. Me eſſe venturum, ſi voces.

Dona. Eamus.

Ich lade dich ein zum Abendsbrodt/ auff daß du nit hüngerig hinweg geheſt.

Si. Ich ſage zu.

Dona. Was?

Si. Daß ich kommen werde/ ſo du mich ruffeſt.

Dona. Laßt uns gehen.

DIALOGUS Decimus Nonus.

Valedicitur in amici diſceſſu.

Blaſius, Iodocus, Paſchaſius.

BLaſius. Heus! Iodoce, num es domi?

Iodocus. Non ſum.

Bla. Impudens! non te audio loquentem?

Iodo. Imò tu impudentior: nuper ego famulo tuo credidi te non eſſe domi, & tu non credis mihi ipſi?

Bla. Æquum dicis: par pari retuliſti.

Sed tu mihi vidêris cochleæ ex more vitam agere.

Iodo. Quî ſic.

Bla. Quia perpetuò domi latitas, nec uſquam prorepis.

Neunzehendes Geſpräch.

Beurlaubung bey eines Freunds Abreiß.

Blaſius, Iodocus, Paſchaſius.

BLaſius. Hola! Jodocus, biſt du zu Hauß?

Iodocus. Nein: ich bin nicht hier.

Bla. Du unverſchähmter: höre ich dich dan da nit reden?

Iodo. Du biſt noch viel unverſchähmter: neulich hab ich deinem Knecht geglaubt/ daß du nicht zu Hauß wäreſt/ und jetzt glaubeſt du mir ſelbſt nicht?

Bla. Du haſt recht daran: du haſt gleich mit gleichem vergolten.

Aber mich gedüncket/ daß du lebeſt wie ein Schneck.

Iodo. Wie das?

Bla. Weilen du immer/ und allzeit zu Hauß bleibeſt/ und niemahlen hervorkriecheſt.

Iodo.

Iodo. Eſt, quod agam domi: neque tamen ſum tetricus: ſi prodeambulare lubet hodie, non recuſo.

Iodo. Ich hab zu hauß zuthuen / bin dannoch nicht unfreundlich: wan es dir gefallt zu ſpatzieren: bin nit darwider.

Bla. Planè videtur utendum hoc cælo.

Bla. Mich dünckt fürwahr / daß man ſich dieſes Wetters müſſe bedienen.

Iodo. Utamur: adſciſcendus eſt unus, aut alter ſocius.

Iodo. Wohl laß es geſchehen: ein / oder ander Mittgeſell muß darzu beruffen werden.

Bla. En opportunè ſe nobis offert ſodalis percommodus.

Bla. ſchaue da; da kommt eben recht ein ſäglicher Geſell.

Lepidus eſt Adoleſcens: conſalutemus.

Er iſt ein angenehmer Jüngling: laß ihn grüſſen.

Iodo. Paſchaſi: te quærebamus.

Iodo. Gott grüſſe dich / *Paſchaſius*: eben dich ſuchten wir.

Paſchaſius. Imò valete, Sodales amiciſſimi.

Paſchaſius. Und euch grüſſe Gott hinwider / allerliebſte Mitgeſellen.

Iodo Quò cogitas?

Iodo. Woh gehest du hin?

Paſcha. In patriam.

Paſcha. Ins Vatterland.

Bla. Quidum?

Bla. Wie ſo?

Paſcha. Sic eſt: accerſor à Patre.

Paſcha. Es iſt ihm alſo: ich werd von meinem Vatter dahin beruffen.

Iodo. Nunquámne es reſurus?

Iodo. Wirſt du dan nit wiwiderkommen?

Paſcha. Nunquam, ut opinor.

Paſcha. Ich vermeine es nicht.

Iodo. Siccine igitur nos relinquis?

Iodo. Verlaſſeſt du uns dan alſo?

Paſcha.

Paſcha. Ità neceſſe eſt.

Bla. Me miſerum! Ubi deinceps ſimilem nanciſcar ſocium.

Paſcha. Nè te ſolicitet diſceſſus meus: meî ſimilium ſat vilis eſt copia.

Præterea abſentes corpore, præſentes animis erimus.

Iodo. Quandoquidem te à nobis diſtrahit neceſſitas, ferendum eſt.

Paſcha. Quas ultrò citróque dabimus epiſtolas, fovebunt priſtinam amicitiam.

Bla. Scribam ego certè creberrimas.

Iodo. Imò te ſilentem laceſſam.

Paſcha. Non id patiar, ut meo facias merito.

Bla. O quàm triſte divortium!

Paſcha. Quid agam? Patris voluntati parendum eſt.

Longiorem moram non patior: jam, ùt credo, aurigam moror: properandum eſt.

Paſcha. Es kan nicht anders ſeyn.

Bla. Ach mich elenden! Wo werd ich hinfůhro einen ſolchen Geſellen antreffen.

Paſcha. Laß dich mein Abreiß nicht betrůben: meines gleichen gibts gnug.

Darbeneben / ob wir ſchon dem Leib nach abweſend / werden wir doch mit dem Gemůth nahe bnyſammen ſeyn.

Iodo. Wan dan dich die Noth von uns ſcheidet / ſo můſſen wir uns darein ergeben.

Paſcha. Die Brieff ſo wir miteinander wechslen willen / werden die alte Freundſchafft underhalten.

Bla. Ich werde gewißlich öffter ſchreiben.

Iodo. Ja wan du ſchon nicht ſchreibeſt / will ich dich doch zum ſchreiben anreitzen.

Paſcha. Ich werd nit zugeben / daß dieſes durch meine Schuld geſchehe.

Bla. O was trauriges ſcheiden!

Paſcha. Was raths? dem Willen meines Vatters muß ich nachkommen.

Ich kan nicht långer warten: wie ich vermeine / halte ich den Fuhrman auff ich muß eilen.

Bla. Quoniam non eſt mora tibi libera, vale: ſit iter tibi felix, ac commodum.

Iodo. Opto tibi incolumem in patriam adventum.

Paſcha. Maximas ago gratias, & viciſſim omnia precor vobis proſpera.

Bla. Bene vale.

Paſcha. Valete.

Bla. Weilen es dir nit frey ſtehet zu warten / laß es dir wohl gehen: ich wünſche dir ein glückliche Reyß.

Jodo. Ich wünſche dir ein glückliche Uberkunfft nach Hauß.

Paſcha. Ich ſage euch tauſendtmahl danck/und wünſche euch ebenfals alles Gutes.

Bla. Gehabe dich wohl.

Paſcha. Und ihr ebenfals bleibe geſund.

DIALOGUS VIGESIMUS.

Diſcipulus agit Magiſtro gratias finito annuo literarum curſu.

DISCIPULUS, MAGISTER.

Diſcipulus. Reverende Domine, tantum tibi jam debeo, quantum mihi aliquando perſolvere difficile eſt.

Magiſter. Quorſum hæc tam verecunda ſalutatio? Quò tendis, Cariſſime?

Diſci. Venio acturus gratias Reverentiæ veſtræ de labore, & operâ, to-

Zwantzigſtes Geſpräch.

Der Lehr-Jünger dancket dem Lehrer nach geendigtem Schul-Jahr.

Der Schüler / der Lehrer.

Der Schüler. Ehrwürdiger Herr / ich bin dir nunmehr ſo viel ſchüldig/ daß es mir zu bezahlen gar ſchwär fallet.

Der Lehrer. Wohin dienet doch dieſe höffliche Begrüſſung? woh reicht das hin/mein Liebſter?

Der Schüler. Ich komme Euer Ehrwürde danck zu ſagen für die Mühe / und Ar-

to anno meâ cauſâ ſuſceptis.

Magi. Æquum facis.

Sic levis redditur labor, qui pueris gratis impenditur, & tuî ſimilibus.

Diſci. Utinam uſquequaque morem geſſiſſem tibi! Quoties officio defuerim, equidem mihi ſum conſcius.

Magi. Non habeo, quod de te meritò conquerar, adoleſcens.

Diſci. De hac ipsâ benignitate tuâ eſt, quòd agam gratias.

Magi. Imò jam retuliſti, cùm agnoſcis beneficium.

Diſci. Non ego agnoſcam? Tuorum erga me meritorum magnitudinem nulla dies ex animo delebit.

Magi. Te liberaliter inſtitutum demonſtras adoleſcentulum præ multis, qui ad finem anni inſalutato Præceptore abeunt, & de referendâ Magiſtro gratiâ minimè laborant.

heit / welche er dieſes gantze Jahr meinetwegen hat auff ſich genommen.

Der Lehrer. Du thueſt recht daran.

Alſo wird die Arbeit ring/ welche man an danckbahre Kinder legt / und deines gleichen.

Der Schüler. Wolte Gott daß ich dir zu jeder Zeit wäre gehorſam geweſen! Wie offt ich an meiner Pflicht ermangelet/ weiß ich gar wohl

Der Lehrer. Ich hab nichts mein Jüngling / daß ich über dich mit Fug klagen könne.

Der Schüler. Wegen dieſer deiner Gütigkeit muß ich dir dancken.

Der Lehrer. Ja du haſt jetz ſchon danck geſagt/ in dem du die Wohlthat erkenneſt.

Der Schüler. Wie ſolte ich ſelbige nit erkennen? deine Gutthaten gegen mich werd ich nimmermehr vergeſſen.

Der Lehrer. Du zeigeſt/ daß du wohl aufferzogen biſt vor allen anderen / ſo am End des Jahrs weggehen ohne den Lehr-Meiſter zu begrüſſen/ und ſelbigem zu dancken ſich das Wenigſte nicht bekümmeren.

Diſci. Referre gratiam Reverentiæ veſtræ per annos nondum mihi conceditur: olim, cum ætas matura adoleverit, enitar, ut non per ſpeciem modò, ſed re ipsâ ab ingrati animi vitio longiſſimè abſim.

Der Schüler. Meine Jahren leiden es nach nicht Euer Ehrwürden einigen Danck zu beweiſen: wan ich zu fernerem Alter werd gereichen / will ich mich underſtehen / daß ich nit allein zum Schein / ſonderen in der That ſelbſt danckbar ſeye.

Magi. Meî in precibus memoriam à te exigo, Cariſſime, præterea nihil.

Der Lehrer. Ich begehre / daß du meiner täglich in deinem Gebett wölleſt eingedenck ſeyn / anders nichts.

Diſci. Nullo me die tuî capiet oblivio.

Der Schüler. Niemahlen werd ich deiner vergeſſen.

Rogo Reverentiam veſtram, quàm poſſum ſuppliciter, ut condonet mihi petulantiam, tarditatem, ineptias, quibus crebrò moleſtiam exhibui.

Ich bitte Euer Ehrwürden underthänigſt / daß er mir meinen Muthwillen / Langſamkeit / und Außgelaſſenheit / mit welchen ich Euer Ehrwürden öffters bin überläſtig geweſen / wölle vergeben.

Magi. Dignus es, ut tibi venia detur, recipio te in gratiam.

Der Lehrer. Du biſt würdig / daß ich dir vergebe / ich nehme dich widerum in Gnaden auff.

Diſci. Si anno proximè ſequenti Reverentia veſtra mihi rurſum Magiſter obtigerit, ſanè complebor gaudio.

Der Lehrer. Wan Euer Ehrwürde das folgende Jahr mein Lehrer bleiben wird / werd ich mich höchſt erfreuen.

Magi. Quid ſit futurum cras, fuge quærere: age potius, quod nunc inſtat.

Der Lehrer. Bekümmere dich nicht umb das / was noch geſchehen ſoll: thue das / ſo vorhanden iſt.

Diſci. Quid illud?

Der Schüler. Was iſt das?

enarrare fercula. Dabo tamen operam, ut aliquâ ex parte expleam deſiderium tuum.

Gericht zu erzehlen: danoch will ich mich underſtehen deinen Verlangen einiger maſſen ein genügen zu leiſten.

Dona. Succedamus ſub porticum, ut in umbrâ commodiùs fabulemur.

Dona. Laßt uns under den Schopffen gehen/ damit wir im Schatten deſto gemächlicher mit einander reden.

Si. Accipe ergo menſæ principium:

Si. Höre den Anfang der Mahlzeit:

Inprimis appoſitæ ſunt pernæ ſalitæ, linguæ bubulæ, ſale, & fumo induratæ.

Erſtens ſeynd auffgeſetzet worden geſaltzene Schuncken/ geräuchte/ und geſaltzene Ochſenzungen.

Dona. Nempe ad excitandam appetentiam, & ſitim acuendam.

Dona. Zweiffels ohn umb die Luſt zum eſſen und trincken zu ſchärpffen.

Si. Nempe ſicut dicis. eodem ordine interpoſita acetaria è lactucis, aſparagi, minutalia vitulina cum ovorum ſolidis vitellis, & plura alia.

Si. Ja; wie du ſagſt.
Zwiſchen beyden waren geſtellt Salat/ Spargen/ gehackt Kalbfleiſch mit harten Eyer Totteren/ und ſonſt andere nebengerichter.

Atque hic miſſus primus fuit.

Und dieß ware die erſte Aufftracht.

Dona. Nihilne interim bibitum eſt?

Dona. Iſt inzwiſchen nichts getruncken worden?

Si. Indigna homine quæſtio.

Si. Iſt dieſes wohl werth zu fragen?

Sed de potibus agam poſteriùs; ſine me cibos expedire.

Aber von dem Trunck will ich darnacher reden; laß mich die Speiſen erſt abmachen.

Dona. Proſequere: auſculto.

Dona. Fahre fort ich höre zu.

Si. in ſecundo miſſu hæc ferè fuerunt : artocreas , pulli gallinacei elixi cum intubis candidiſſimis , caro bubula, vervecina, ſuilla recens, & ſalſa.

Sed hìc fabulatum plùs fuit, quàm eſum.

Dona. Nil miror : deſiderabatur condimentum.

Si. Quodnam?

Dona. Fames. Nam ùt eſt in adagio : Optimum condimentum eſt fames.

Si. Fames non deerat ; verùm aſſa exſpectabantur.

Dona. Et ego exſpecto : veniamus ad tertium miſſum.

Si. Aſſa hæc fuerunt appoſita : pulli columbini , anſer fartilis, nefrendes caſtaneis farti , cuniculi, & armus vervecinus , duæ perdices junctæ cum lepuſculo.

Dona. Unum mihi vidêris prætermiſiſſe.

Si. Quid illud eſt?

Dona. Nullâne erant condimenta?

Si. In der zweiten Aufftracht ware ſchier dieſes : ein Fleiſchpaſtet / geſottene junge Hühnlin mit weiſſen Endivien/ Ochſenfleiſch/ Hammelfleiſch / friſch / und geſaltzenes Schweinenfleiſch.

Aber hiebey hat man mehr geredt / dan geſſen.

Dona. Es nimbt mich nicht wunder: dan es mangelte das Gewürtz.

S. Was für Gewürtz?

Dona. Der Hunger/ dan wie das gemeine Sprüchwort geht das beſte Gewürtzt / gleich wie der beſte Koch iſt der Hunger.

Franci. Mache dich von Stund an auff / Dionyſius, lege die Kleider an: dan dieweil du ſchwetzeſt/und plaudereſt; verlaufft die Zeit: der Vatter wartet nun euer im Vorſaal.

Henri. Jetz gleich willen wir ihn grüſſen.

Franci. Schämet ihr euch nicht ungerüſt mit verwirtem Haar / und ungewaſchen für den Tag zu kommen?

Diony Ey! wie iſt mir das Haar verwicklet! Ich ſehe nit / wie ich es entſcheiden werd.

Franci. Gebrauche erſtlich einen weiten Kamm/ darnach einen engeren.

Diony. Alſo mache ich es/ und mag es doch nit entwirren.

Franci. Wan haſt du dich zu letzt kämmet?

Diony. Ich bin gewehnet mich über den anderen Tag zu kämmen.

Franci. Es muß alle Tag geſchehen.

Henri. Laßt uns auß der Kammer gehen.

Franci. Waſchet ehe euere Händ / und das Angeſicht

& ſordes iſtas è nodis digitorum.

ſicht mit reinem Waſſer/ und den Wuſt von den gleichen der Finger.

Cape mantile, Dionyſi, & exterge te: De omnibus admonendus es inſtar pueri bimuli, aut trimuli: nihil tuâ ſponte faceres.

Dionyſius, nehme das Handtuch / und tröckne dich ab. Man muß dich an alles ermahnen gleich wie ein Kind von zwey / oder drey Jahren: Du thäteſt nichts von dir ſelbſt.

Diony. Sumúsne jam ſatìs ad arbitrium tuum compoſiti?

Diony. Seynd wir jetzt deinem Gefallen nach wohl gnug gebutzt?

Franci. Eſtis.

Franci. Ja.

Henri. Jámne Patrem adeamus ſalutaturi?

Henri. Mögen wir jetz unſeren Vatter gehen grüſſen?

Franci. Itote.

Franci. Gehet.

Henri. Salvus ſis, mi Pater: ſalve, mea Mater: precor vobis felicem hunc diem.

Henri. Sey gegrüſſet Vatter: ſey gegrüſſet Mutter: ich wünſche euch einen glücklichen Tag.

Paterfa. Et tu, mi Henrice, ſalve: Quî vales? Quomodo hac nocte quieviſti?

Der Hauß-Vatter. Und du/mein Henricus, ſey gegrüſſet: Wie ſtehet es umb dich? Wie haſt du dieſe Nacht geſchlaffen?

Henri. Proſperè valeo, & placidè dormivi, Deo ſit gratia.

Henri. Ich bin wohl auff/ und hab/Gott ſey Lob/rühig geſchlaffen.

Paterfa. Proprium hoc velit eſſe tibi Deus, & perpetuum.

Der Hauß-Vatter. Gott gebe/ daß dieſes allezeit dauren möge.

Tu verò, Dionyſi, nihil hac nocte doloris ſenſiſti?

Aber du/ Dionyſius, haſt du dieſe Nacht keine Schmertzen empfunden?

Diony. Sub medium noctis excitatus ſui, & laborabam capite, vix tamen ſemihorulam poſtea redormivi, nec ſenſi ampliùs.

Diony. Umb die halbe Nacht bin ich erwachet/ und thäte mir das Haupt wehe/ doch kaum ein halbes Stündlein: demnach bin ich wieder eingeſchlaffen / und hab nichts mehr empfunden.

Paterfa. Jam autem ad jentaculum properate, deinde rectà ad ludum literarium appetit hora ſeptima.

Der Hauß-Vatter. So gehet nun zum Frühſtück / demnach richtig zur Schulen : es iſt nicht weit von ſieben Uhren.

Franciſce, ſingulis libum butyro oblinas. Aut, ſi malint, pauxillum lactis coque, aut ſorbitionem è vino aquâ diluto.

Franciſcus, ſchmiere einem jeden ein Butterbrod. Oder / wan ſie es lieber haben / koche ihnen ein wenig Milch / oder mache ihnen ein Supffen von Wein mit Waſſer vermiſcht.

Henri. Nullo diei tempore æquè eſurio, atque circa horam ſeptimam, quâ jentaculum nobis ſumendum.

Henri. Niemahlen des Tags hab ich ſo groſſen Hunger dan umb ſieben Uhren / wan das Frühſtück zunehmen.

Diony. Ego verò in prandium uſque famem reſervare quotidie conſuevi.

Diony. Ich aber pflege täglich meinen Hunger zu ſparen biß auff den Mittag.

Hac tamen anni tempeſtate buccellam ſumo unam, aut alteram ob graſſantis luis periculum.

Doch bey dieſer Zeit nehme ein / oder ander Mundvoll wegen der Gefahr der Peſt.

Henri. Propterea Magiſter edicto cavit, ne quis

Henri: Darumb hat unſer Lehrer verbotten / daß keiner

jejuno Stomacho in ludum veniat.	keiner gantz Nüchter ſolte in die Schul kommen.
Franci. Quid uſque confabulamini? Raptim jentaculum peredite: diſtatis quadrante horæ à Gymnaſio, & gnomon ſeptimam notat: niſi, quanto poteſtis curſu, ad Scholam contendatis, ſeriùs venietis.	*Franci.* Was ſchwetzet ihr ſo lang? Eſſet das Frühſtück behänd auff: ihr ſeyd ein viertheil Stund von der Schulen entlegen/ und der Zeiger ſtehet ſchon auff ſieben Uhren: wan ihr nicht beſt möglichſt eilet/ werdet ihr zu ſpäth kommen.
Diony. Pater, placètne abeamus ad Scholam?	*Diony.* Iſt es ihm gefällig/Vatter/daß wir nach der Schulen gehen?
Paterfa. ilicet; & rectà: tamen per templum, ut Chriſtum brevi precatiunculâ ſalutetis.	**Der Hauß-Vatter.** Gehet; aber haltet den rechten Weg: dannoch durch eine Kirch/ damit ihr unſeren Heyland mit einem kurtzen Gebettlein begrüſſet.
Diony. Vereor, ut per tempus liceat: jam præterita eſt ſeptima.	*Diony* Mich förchtet/ die Zeit wird es nicht leiden: es hat ſchon ſieben Uhr geſchlagen.
Paterfa. Nihil omiſiſti armorum Scholaſticorum, Henrice? Obliviosſus es præ Dionyſio.	**Der Hauß-Vatter.** Haſt du nichts von deinem Schulzeug vergeſſen/ Henricus? Du biſt vergeßlicher/ als Dionyſius.
Henri. Nihil, quòd ſciam, Pater.	*Henri.* Nichts/ daß ich weiß/Vatter.
Paterfa. Itote, & omnem induſtriam in ſtudiis, omnem mentem figite, & locate.	**Der Hauß-Vatter.** Gehet hin/ und wendet allen Fleiß/allen Sinn/ und Verſtand zum lernen an.
Henri. Dabimus operam, Pater.	*Henri.* Wir wollen uns befleiſſen/Vatter.

Diony. Heus, vicine! Cur adeò curris?

Joannes. Cur lepus (ùt ajunt) pro canibus?

Diony. Quid hoc proverbii eſt?

Nullus certè te à tergo inſequitur.

Joan. Verùm curro, ut nequis me à tergo inſequatur: nam, niſi adfuero in tempore, actum eſt de pelle meâ.

Jam diu irritavi Magiſtri patientiam.

Diony. Hac quidem ex parte nihil eſt periculi: inſpice horologium: nondum index ſignat quadrantem poſt horam ſeptimam.

Joan. At ego vix fidem habeo horologiis: mentiuntur nonnunquam.

Vos adrepite: ego præcurro.

Diony. Hola/Nachbaur! Warumb laufſeſt du alſo?

Joannes. Warumb laufft der Haaß (wie man ſagt) für den Hunden?

Diony. Was iſt das vor ein Sprüchwort?

Es folget dir ja keiner auff dem Rucken nach.

Joan. Aber ich lauffe damit mir keiner auff dem Rücken nachkomme: dan/wan ich nicht zur rechten Zeit werd da ſeyn / ſo iſt es umb meine Haut geſchehen.

Ich hab ſchon lang unſeren Lehr-Meiſter zur Ungedult bewegt.

Diony. Dießfals haſt du nichts zu förchten: ſihe auff die Uhr: der Zeiger ſtehet noch nit auffm Viertheil nach ſieben Uhren.

Joan. Aber ich traue nit viel auff die Uhren: ſie betriegen zuweilen.

Kommet ihr langſam nach: ich will vorlauffen.

ADAGIORUM DECAS QUINTA.

Adagiorum decas quinta. | **Fünffte zehen Sprüch-Wörter.**

1. Aſinus ad lyram. | 1. Ein Eſel bey der Pfeiffen

2. Æthiopem lavas, litus aras: oleum & operam perdis.

3. Ovem lupo commiſiſti.

4. Multa cadunt inter calicem ſupremáq; labra.

5. Evitatâ charybdi in ſcyllam incidi.

6. Non tam ovum ovo ſimile eſt.

7. Piſce mutior.

8. Ad Calendas Græcas.

9. Amantium iræ amoris redintegratio eſt.

10. Nulla in tam magno corpore eſt mica ſalis.

2. Du thueſt vergebliche Arbeit.

3. Du haſt der Katzen den Käß befohlen.

4. Das Pferdt ſtirbt offt/ ehe das Graß wachſt. **oder** Es kan ſich in einem Augenblich viel zu tragen.

5. Ich bin auß einer Gefahr in die andere gerathen.

6. Sie ſeynd ein ander über auß gleich. **oder**. Er iſt ihm ſo gleich/ als wan er ihm auß der Haut geſchnitten/ oder auß dem Mund gefallen.

7. Stumm wie ein Bild.

8. Zu Pfingſten auff dem Eiß.

9. Lieb muß gezanck haben. **oder**. Die ſich des Tags zancken/ lecken ſich des Nachts.

10. Es iſt ein groſſer Monſtrantz/ und wenig Heiligtumb.

DIALOGUS QUINTUS.

Excuſatio varia ſeriùs in ludum venientium.

Præceptor, Diſcipuli.

PRæceptor. Accede huc ad me, Petre: quid cauſa-

Fünfftes Geſpräch.

Underſchiedliche Entſchuldigungen deren/ ſo in die Schul zu ſpâht kommen.

Der Lehr-Meiſter die Schüler.

DEr Lehr-Meiſter. Komm hieher zu mir/ Petrus

ris, quòd ceteris tardiùs in ludum veneris?

Petrus: was haſt du vor ein Entſchuldigung/ daß du ſpäther in die Schul kommeſt/ dan andere?

Petrus. Non licuit mihi maturiùs adeſſe, Præceptor obſervande.

Petrus Ich hab nicht früher kommen können/ Ehrwürdiger Lehr-Meiſter.

Præce. Quâ de causâ.

Der Lehr-Meiſter. Warumb?

Pe. Detuleram heſterno die calceos meos ad cerdonem reficiendos, is hodie nondum reſarſerat: reſidendum mihi fuit tantiſper domi, dum reſarciſſet.

Pe Ich hatte geſteren meine Schuch zu flicken getragen bey den Schuchflicker/ ſelbiger hatte ſie heut noch nicht geflicket: ich hab zu Hauß ſitzen müſſen/ biß daß er ſie geflicht hatte.

Præce. Non mihi obtrudis mendacia?

Der Lehr-Meiſter. Hangeſt du mir kein Lügen auff?

Pe. Nequaquam: domi percunctari jube aliquem, ſi placet.

Pe. Gar nit: laß jemand zu Hauß nachfragen/ wan es dir gefallt.

Præce. Ità faciam, ego verum ſciam.

Der Lehr-Meiſter. Ich werd es thuen/ ich will die Warheit wiſſen.

Unde te habemus, Cariſſime?

Woh kommeſt du her mein Lieber?

Paulus. Domo, Reverende Pater.

Paulus. Von Hauß/ Ehrwürdiger Vatter.

Præce. Ut quid tam ſerò?

Der Lehr-Meiſter. Warumb ſo ſpäth?

Pau. Non mea fuit negligentia, quòd ſeriùs venerim. Noluit me Mater maturiùs dimittere: dicebat nimiùm pluere: mo-

Pau. Es iſt meine Nachläſſigkeit nit geweſen/ daß ich bin zu ſpäth kommen. Meine Mutter hat mich nit ehe wollen gehen laſſen: ſie ſagte/ es regne zu ſehr: ſie hat

rari juſſit, dum nimbus deſineret.

Præc. Accipio excuſationem, ſi vera eſt modò.

Pau. Non auſim Præceptori imponere.

Præce. Tibi conſulis.

Joannes. Dignabitur me Dominus excuſatione, ſi ſeriùs in ſcholam ingrediar.

Præce. Quid cauſæ eſt?

Joan. Prandi ſolito ſeriùs.

Præc. Quid ità?

Joan. Exſpectandus erat Pater, dum è curiâ rediret.

Præc. Nónne Mater tibi prandium poſſet apponere ante reditum Patris è Senatu?

Joan. Poſſet quidem, ſed reducem illum exſpectabat in ſingula momenta: conſuevit rediiſſe ad horam duodecimam.

Præc. Et tu, Ignati, poſt

hat mich heiſſen warten / biß daß der ſtarcke Regen auffhörte.

Der Lehr-Meiſter. Ich nehme deine Entſchuldigung an/ ſo ſie nur wahr iſt.

Pau. Ich dörffte ja den Lehr-Meiſter nicht betriegen.

Der Lehr-Meiſter. Du thueſt dir wohl daran.

Joannes. Der Herr wird mich beliebig entſchuldigen / daß ich in die Schul zu ſpäht komme.

Der Lehr-Meiſter. Was iſt dan die Urſach?

Joan. Ich hab ſpähter zu Mittag geſſen/ als ich pflege.

Der Lehr-Meiſter. Wie ſo?

Joan. Wir muſten auff meinen Vatter warten / biß er von dem Rath-Hauß zuruck kame.

Der Lehr-Meiſter. Konte dir deine Mutter kein Eſſen geben ehe dan dein Vatter auß dem Rath kame?

Joan Sie konte zwar: aber ſie erwartete ihn alle Augenblick: er pflegt umb zwölff Uhren wiederzukommen.

Der Lehr-Meiſter. Und

ſignum tertium? Atqui non ſoles.

Und woh kommeſt du Ignatius, nach dem dritten Zeichen? Du pflegſt doch ſonſt nicht zu ſpäth zu kommen.

Ignatius. Occurrit hodie impedimentum, Reverende Domine.

Ignatius. Es iſt heut ein Hindernüß fürgefallen/ ehrwürdiger Herr.

Prae. Ecquodnam?

Der Lehr-Meiſter. Was vor eine?

Igna. Excurrerat aliò famulus noſter: Pater dedit mihi binas literas deſtinandas, alteras ad curſorem in Italiam, alteras ad tabellarium Gandavenſem.

Igna. Unſer Knecht ware anders wohin gangen: mein Vatter hat mir zwey Brieff geben zubeſtellen/ einen auff die Poſt in Welſchland/ den anderen zu dem Botten von Gent.

Prae. Habitant, credo, ſecundùm viam, quæ ducit ad Gymnaſium.

Der Lehr-Meiſter. Ich glaube/ ſelbige wohnen auff dem Weg zur Schulen.

Igna. Imò totâ urbe diverſi.

Igna. Ja ſchier die gantze Statt von ein ander.

Trajiciendum fuit, quàm longum eſt oppidum, totus ſudore madeo.

Ich hab müſſen gehen von einem End der Statt zum anderen; ich ſchwitze am gantzen Leib.

Prae. Videris candidè, quod res eſt, dicere: abi impunè.

Der Lehr-Meiſter. Es ſcheinet daß du die Warheit ſageſt: gehe ungeſtrafft hin.

Jacobe, intromitte qui ſtat pro foribus.

Iacobus. Laß hereinkommen den/ welcher vor der Thür ſtehet.

Hem! in tempore. Claudius noſter antiquum obtinet.

Schau! eben recht: Claudius haltet ſeine alte Gewohnheit.

Claudius. Dominè, licétne paucis loqui?

Claudius. Herr iſt mir zugelaſſen ein Wort zu ſprechen?

Præce. Quid dices mihi? Non injuriâ quis te Claudum vocaverit, non Claudium. Nam in ſcholam adrepis quovis claudo tardiùs. Sed quid cauſæ adferes?

Clau. Cùm domo exirem, nondum ſonuerat hora ſeptima.

Præce. Per viam tergiverſatus es.

Clau. Salvo honore tuo, Præceptor, eucurri, quantùm potui.

Præce. Ex quo horologio te regis?

Clau. Ex horologio ad Divæ Gudulæ: vix ibi audita eſt ſeptima etiam nunc, ſat ſcio: ecce autem ad ſancti Nicolai jam præteriit octava.

Præce. Ferè quotidie diſſonant horologia: præveniendus eſt error diligentiâ.

Clau. Ante primum ſignum me opinabar ad futurum fuiſſe.

Der Lehr-Meiſter.
Was wilſt du mir ſagen? Billig ſoll man dich Claudus nennen/und nicht Claudius. Dan du kriecheſt ſo langſam in die Schul wie ein hinckender. Aber was wirſt du für ein Urſach beybringen?

Clau. Als ich auß dem Hauß gieng/ hatte es noch kein ſieben Uhren geſchlagen.

Der Lehr-Meiſter.
Du biſt auff dem Weg kleben blieben.

Clau. Bitte umb Vergebung/ mein Lehr-Meiſter: ich bin ſo ſehr geloffen / als mir möglich war.

Der Lehr-Meiſter.
Nach welcher uhr richteſt du dich?

Clau. Nach der Uhr der heiligen Gudula: ich weiß gewiß/ es ſeye alda noch kaum ſieben Uhren: ſihe aber auff S. Niclas Uhr iſt es ſchon über acht.

Der Lehr-Meiſter.
Schier täglich gehen die Uhren ungleich: man muß dem Fehler durch den Fleiß fürkommen.

Clau. Ich vermeinte / ich würde vor dem erſten Lauten hier ſeyn.

Der

Præce. Diſſimulabitur hodie manè, à meridie fac, maturitate hanc penſes negligentiam.

Der Lehr-Meiſter. Dieſen Morgen will ich durch die Finger ſehen/ mache/ daß du am Nachmittag durch eine zeitige Gegenwart dieſe Nachläſſigkeit erſetzeſt.

Clau. Fiet, Præceptor.

Clau. Es ſoll geſchehen lieber Lehr-Meiſter.

Præce. Spectate egregium par adoleſcentum. Tardipedes!

Der Lehr-Meiſter. Sihet da ein par außerleſener Jüngling. Ihr langſame!

Simon. Famulus noſter oblitus fuit me expergefacere in tempore, & lumen ferre in cubiculum, quòd tamen injunxeram.

Simon. Unſer Knecht iſt vergeſſen mich zu rechter Zeit auffzuwecken/ und Liecht in die Kammer zu bringen/ welches ich doch befohlen hatte.

Præce. Oraſſes Angelum tuum Tutelarem, antequam iviſſes cubitum, is te maturè è ſomno excitâſſet.

Der Lehr-Meiſter. Du ſolteſt deinen Schutz-Engel vor dem ſchlaffen gehen angeruffen haben: der würde dich zeitlich auffgeweckt haben.

Simon. Neglexi, Præceptor.

Simon. Ich hab es verſaumet/lieber Lehr-Meiſter.

Præce. Dabis meritas negligentiæ pœnas: ſeorſum ſedeas:

Der Lehr-Meiſter. Du ſolſt für deine Unachtſamkeit / wie du verdienet haſt/geſtrafft werden: da ſitze allein.

Thomas. Ancilla noſtra ſeriùs attulit veſtes meas feſtivas, & induſium mundum: ipſa hoc mane me morata eſt.

Thomas. Unſere Magd hat mir meine beſte Kleider/ und ein reines Hembd zu ſpäth gebracht: dieſelbe hat mich dieſen Morgen auffgehalten.

Præce.

Præc. Pridie veſperì hæc comparata oportebat: nec cubitum conceſſiſſes, quid prolata aſpiceres.

Der Lehr-Meiſter. Des vorigen Abends ſolteſt du dieſes alles verſorgt haben / und ſolteſt nit ehe ſchlaffen gangen ſeyn / biß daß du geſehen / daß alles wäre beygetragen.

Tho. Plùs decies illam commonefeci: non me audit.

Tho. Ich hab ſie mehr dan zehenmahl ermahnet: ſie gibt mir kein Gehör?

Præc. Compelle Parentum imperio, dic, te ejus cauſâ in ſcholâ luere, perurge dum obtemperet.

Der Lehr-Meiſter. Zwinge ſie durch den Befelch deiner Elteren/ſag/daß du ihrentwillen müſſeſt herhalten/treibe ſie ſo lang/ biß daß ſie es thue.

Tho. Quæſo te, ô bone Præceptor, ut etiam hodie hanc mihi noxam remittas: ſi unquam poſthac deſim, non recuſo duplex ſupplicium.

Tho. Ich bitte dich/ mein frommer Lehr-Meiſter/ daß du auchnoch heut mir dieſe Schuld verzeiheſt: wan ich nun hinführo jemalen werd widerkommen / ſo will ich gern ein zweyfache Straaff außſtehen.

Præc. Adjunge te Simoni: mox ego videro.

Der Lehr-Meiſter. Füge dich zum Simon: gleich will ich zuſehen.

Matthæus. Ne graveris, Domine, excipere excuſationem meam, quòd jam tempeſtivè non adfuerim.

Matthæus. Herr er wolle ſich doch nit beſchweren meine Entſchuldigung anzunehmen / daß ich nit frühe gnug bin hier geweſen.

Præc. Quid adferes, obſecro?

Der Lehr-Meiſter. Mein / was wirſt du doch vorbringen?

Matthæus. Herì externi convivæ cœnabant domi noſtræ: protractæ fuerunt

Matthæ. Geſtern haben außwendige Gäſt in unſerem Hauß zu Abend geſſen: der

epulæ in multam noctem: præterierat hora prima, cùm ad quietem me recipiebam. Manè ſeriùs experrectus ſum: nam ante tertiam ſomnum capere non poteram.

der Tiſch hat biß in die ſpähte Nacht gewehret: es hatte ſchon ein Uhr geſchlagen/als ich bin ſchlaffen gangen: des Morgens bin ich ſpäther auffgewacht: dan vor drey Uhren konte ich nit einſchlaffen.

Præce. At biberas plus paulò, ùt mihi perſuadeo.

Der Lehr-Meiſter. Du wirſt etwas zu viel getruncken haben/ wie ich mir einbilde.

Mattha. Non diffiteor, Præceptor: atque hinc mihi dolet etiam caput.

Mattha Ich ſtehe es nicht in Abred/ lieber Lehr-Meiſter: und deſſentwegen thuet mir auch der Kopff weh.

Præce. Tuus animi candor favore dignus eſt, diſcede ad locum.

Der Lehr-Meiſter. Deine Auffrichtigkeit verdienet eine Gnad / gehe auff dein Ort.

Ut quid jam ſeriùs frequentas ſcholam Philippe?

Warumb kommeſt du ſo ſpäth in die Schul / Philippus?

Philippus. Reverende Domine, quidam in viciniâ noſtrâ muniendus erat ſacro ſancto Corpore Domini, & extremâ Unctione: comitari debui eum ſanctiſſimâ Euchariſtiâ,& præferre tædam.

Philippus. Ehrwürdiger Herr/einer auß unſer Nachbarſchafft muſte mit dem heiliger Weg-Zehrung/ und der letzter Oehlung verſehen werden: ich hab das allerheiligſte Sacrament müſſen begleiten/ und ein Fackel vortragen.

Præce. Honeſta ratio: abi impunè.

Der Lehr-Meiſter. Dieß iſt ein ehrliche Urſach/ gehe hin ungeſtrafft.

Lucas. Reverende Domine, cùm proximè ab-

Lucas. Ehrwürdiger Vatter/ als ich gleich bey der Schu-

eram Gymnaſio, miſi copioſum ſanguinem è naribus : fuit mihi per quadrantem horæ reſiſtendum : non valui ſanguinem ſiſtere.

len ware / hab ich häuffig Blut auß der Naſen gelaſſen : hab ein viertheil Stund müſſen ſtehen bleiben : hab das Blut nit können ſtillen.

Præce. Vide, ne ad piſtrillam quampiam diverteris.

Der Lehr-Meiſter.

Was gilt du biſt in einem Backhauß geweſen.

Sic eſt profectò : panem calidum emiſti in jentaculum.

Es iſt ihm alſo : du haſt dir ein heiß Brot zum Frühſtück gekaufft.

Lu. Salvâ tuâ pace, obſervande Præceptor : en ſtrophiolum meum etiamnum imbutum eſt recenti ſanguine.

Lu. Vergib mir / Ehrwürdiger Herr : ſihe mein Wiſchtuch iſt noch voll von friſchem Blut.

Præce. Tibi verò, Marce, quid cauſæ eſt ?

Der Lehr-Meiſter.

Was haſt du aber vor Urſach / *Marcus* ?

Marcus. Ancilla noſtra excurrebat, neſcio quò: officina patebat: tantiſper, dum aberat, debui ſervare domum.

Marcus. Unſere Magd war außgangen / weiß nit wohin : der Winckel ſtunde offen: ich hab / ſo lang ſie auß war / das Hauß müſſen hüten.

Præce. Aliàs dediſti mihi verba, non habeo tibi fidem : à meridie teſtimonium mihi ſcriptum exhibe à Parentibus.

Der Lehr-Meiſter.

Du haſt mich mehrmahls betrogen / ich glaube dir nicht : den Nachmittag bringe mir ein ſchrifftliche Zeugnuß von deinen Elteren.

Mar. Equidem libenter id fecero.

Mar. Dieſes will ich gar gern thuen.

Præce. Vidiſtis, Cariſſimi, quanto numero ho-

Der Lehr-Meiſter.

Ihr hat nun geſehen / Geliebſte/

die ſerò ad ludum venerint.

liebſte / wie viele Heut zu ſpäth in die Schul kommen ſeynd.

Cras Divi Pauli ad meliora converſi feſta lux agitur: & vos tarditatem veſtram, & incuriam cum alacritate, & diligentiâ permutetis, oportet.

Es iſt Morgen das Feſt der Bekehrung des heiligen Pauli: und ihr werdet euer Langſamkeit / und Unachtſamkeit in Hurtigkeit / und Fleiß veränderen.

Scio, eritis in poſterum matutini.

Ich weiß / ihr werd hinführo früher kommen.

DIALOGUS SEXTUS.

Repetitio prælectionis.

GABRIEL, URBANUS, JACOBUS, FERDINANDUS.

Sechſtes Geſpräch.

Widerholung der vorgetragenen Lehr.

GABRIEL, URBANUS, JACOBUS FERDINANDUS.

Gabriel. Urbane, tenésne memoriâ prælectionem?

Gabriel. Urbanus kanſt du die vorgetragene Lehr außwendig?

Urbanus. Propemodum.

Urbanus. Beynahe.

Gabri. Vis unà repetamus?

Gabri. Wilſt du / daß wir dieſelbige miteinander widerholen?

Urba. Maximè velim: audiamus nos viciſſim.

Urba. Sehr gern: laß einer den anderen hören.

Gabri. Incipe igitur: ego te corrigam, ſiquid erraveris.

Gabri. So fange dan an: ich will es verbeſſeren / wan du wirſt fehlen.

Urba. Fiat: ordiar à Nominum Declinatione.

Urba. Laß es geſchehen: ich will anfangen von den Declinationen.

Gabri.

Gabri. Dic properè.
Peccas accentu in ipſo principio: itera.

Nihilo meliùs.

Urba. Me miſerum! Putabam me tenere ad apicem.

Gabri. Aliud eſt ſibi tacitè pronunciare; aliud clarâ voce coram Præceptore.

Vidéſne te erraviſſe quater?

Urba. Video: vah quàm me turpiter fefellit memoria!

Gabri. Excutiamus interpretationẽ vernaculam epiſtolæ: & hanc Magiſter præſcripſit exponendam.

Urba. Quando iſtud fuit?

Gabri. Die Veneris à meridie.

Urba. At ego tunc non interfui.

Gabri. Ergo plagas meruiſti.

Urba. Siccine cenſes, ſevere Judex? occupatus eram domi, nec abfueram injuſſu Præceptoris.

Gabri. Sag es geſchwind.
Du fehleſt gleich am Anfang gegen den Accent / oder Thon der Sylben. Fange es noch einmahl an.

Noch nichts beſſer dan zu vor.

Urba. Weh mich armſeligen! ich vermeinte ſelbige bey einem Pünctlein zu wiſſen.

Gabri. Es iſt weit ein anderes in geheim bey ihm ſelber aufſſagen; Ein anders mit lauter Stimm vor dem Lehrer.

Siheſt du / daß du vormahl gefehlet haſt?

Urba. Ich ſehe es wohl: ach wie hat mich die Gedächtnüß betrogen!

Gabri. Laſt uns eins underſuchen die Teutſche Uberſetzung des dritten Sendſchreibens: dan der Lehrer hat uns vorgeſchrieben ſelbige außzulegen.

Urba. Wan iſt ſolches geweſen.

Gabri. Am Freytag des Nachmittags.

Urba. Dazumahlen bin ich nicht gegenwärtig geweſen.

Gabri. So haſt du dan Streich verdienet.

Urba. Ich ware zu Hauß beſchäfftiget / und bin ohne Erlaubnüß des Lehr-Meiſters nicht außblieben.

Gabri. Eſto; ſed tamen debuiſti poſtridie quærere, quid pridie actum eſſet.

Urba. Fateor: cedò librum tuum, quæſo, ut videam, quid nobis reddendum ſit.

Gabri. Signato eâdem operâ, quam Magiſter præſcripſit prælectionem, & vale: alium mihi adjungam ſocium, quicum repetam: tecum tempus abſumo inutiliter. Jacobe.

Jacobus. Quid vis?

Gabri. Repetamus unà prælectionem.

Jaco. Non eſt mihi nunc otium.

Gabri. Quid habes negotii?

Jaco. Ludendum eſt.

Gabri. Non potes ſemihoram detrahere ludo tuo?

Jaco. Gaudere conſuevi cunctâ relaxandi animi facultate. Tu ſtude quantùm lubet, ego verò ludam, quamdiu licebit.

Gabri. Tandem nactus ſum ſodalem percommodum, quicum repetam.

Gabri. Wan dem gleich alſo; ſo haſt du doch den anderen Tag fragen ſollen / was den vorigen geſchehen.

Urba. Ich geſtehe es: ich bitte dich / gib mir dein Buch her umb zu ſehen / was wir aufſagen müſſen.

Gabri. Zeichne zugleich die Lection, welche uns der Lehrer hat vorgeſchrieben und gehe hin: ich will mir einen anderen Geſellen ſuchen umb die außgelegte Lehr zu widerholen. Mit dir bringe ich die Zeit unnützlich zu. Jacobus.

Jacobus Was wilſt du?

Gabri. Laßt uns die außgelegte Lehr mit einander aufſagen.

Jaco. Ich hab jetz kein Zeit.

Gabri. Was haſt du für Geſchäfften.

Jaco Ich muß ſpielen.

Gabri. Kanſt du kein halbe Stund deinem Spielen abziehen?

Jaco. Ich bin gewehnt alle zum ſpielen vergünte Zeit gäntzlich zu genieſſen. Lerne du ſo viel es dir beliebet / ich will ſpielen ſo lang es mir wird gefallen.

Gabri. Endlich hab ich einen guten Mitgeſellen angetroffen / mit dem ich meine Lehr mag wiederholen.

Ferdinande, complectérisne memoriâ prælectionem?

Ferdinandus. Kanſt du außwendig die auffgegebene Lehr?

Ferdinandus. Quaſi digitos meos, aut nomen proprium.

Ferdinandus. Auff einen Nagel/ gleich wie meinen Nahmen.

Gabri. Viſne examinemus nos inter nos?

Gabri. Willen wir ſolches mit einander underſuchen?

Ferdi. Quorſum iſtud? ſolus repetivi ſatis: omnia teneo.

Ferdi Woh zu dieſes? ich hab ſie allein gnugſam widerholet: ich weiß alles.

Gabri. Tamen: ad confirmandam memoriam.

Gabri Laßt ſie doch widerholen: umb die Gedächtnüß zu ſtärcken.

Ferdi. Quid ſi Præceptor interveniat? Inſtat adventus.

Ferdi Wan aber der Lehr-Meiſter darüber käme? Die Zeit ſeiner Ankunfft iſt vorhanden.

Gabri. Scilicet inſtat: nondum eſt ſemi-hora poſt primam.

Gabri. Was ſoll ſie vorhanden ſeyn: es iſt noch kein halber zwey.

Ferdi. Ergo ſubmiſsâ voce ſuſurremus, ne Cenſor nos notet pro confabulantibus.

Ferdi. Laßt uns dan ſtill reden/ damit der jenige/ ſo auff die Zucht acht gibt/ uns als Schwetzer nit auffzeichne.

Tu age Præceptoris partes: ego Diſcipuli.

Sey du jetz der Lehr-Meiſter; ich will der Schüler ſeyn.

Gabri. Equidem incipiam: tamen alternabimus vices.

Gabri. Ich will zwar anfangen: doch wird einer umb den anderen fortfahren

Conjuga verbum *Fe-*

Sag mir wie hat das ver-

rer in Futuro Infinitivi Modi,

Ferdi. *Latum iri.*

Gabri. Varia.

Ferdi. Ferendum, am, um, eſſe.

Gabri. Rectè: quem caſum admittit. Præpoſitio *Subter?*

Ferdi. Accuſativum, aut Ablativum.

Gabri. Anne ad libitum, & ubique?

Ferdi. Minimè: ſed pro variâ ſignificatione, vario Caſu gaudet.

Gabri. Forma gradum Comparativum, Superlativum à Nomine Adjectivo *Malus.*

Ferdi. *Malus, Pejor, Peſſimus.*

Gabri. Eſt igitur Comparatio anomala?

Ferdi. Eſt: ſic ſufficit. Præceptor adeſt: audio tuſſientem: deſinamus, ne putet nos garrire.

Verbum Feror in Futuro Infinitivi Modi?

Ferdi. Latum iri.

Gabri. Verändere es.

Ferdi. Ferendum, am, um, eſſe,

Gabri. Recht ſo: was für einen Caſus erfordert die Præpoſition ſubter?

Ferdi. Einen Accuſativus, oder Ablativus.

Gabri. Gilt das nach belieben/ und aller Orthen?

Ferdi. Nein / gar nicht: ſonderen gleich wie ſie underſchiedliche Bedeutnüſſen hat alſo erforderet ſie auch underſchiedliche Caſus.

Gabri. Mache einen Comparativus, und Superlativus gradus von dem Nomen Adjectivum Malus.

Ferdi. Malus, Pejor, Peſſimus.

Gabri Iſt es dan eins deren/ welche der gemeinen Regel nicht folgen?

Ferdi. Ja: ſtill/ es iſt gnug. Der Lehr-Meiſter iſt da: ich höre ihnen huſten: laſt uns auffhören/ damit er nicht meine/ daß wir ſchwetzen.

DIALOGUS SEPTIMUS.

Obſequia Scholaſtica invicem præſtita.

BAPTISTA ANDREAS, Ceteri.

BAptiſta. Quid actum eſt in ſcholâ, poſteaquam abieram domum?

Andreas. Interpretatus eſt Præceptor epiſtolas Ciceronis: deinceps dictavit argumentum ſcriptionis hodie vertendum.

Bapti. Quando reddendum?

Andre. Perendie manè.

Bapti. Jámne vertiſti?

Andre. Nondum etiam omnino; ſed bonam partem.

Bapti. Dicta mihi, quæſo, vernaculum.

Andre. Quære tibi alium, qui dictet: nunc ego tibi non poſſum operam dare.

Bapti. Cur non?

Andre. Eſt mihi aliud negotium, ídque pernecesſarium.

Siebendes Geſpräch.

Schuldienſten ſo einer dem anderen beweiſet.

BAPTISTA, ANDREAS, und die übrige.

BAptiſta. Was iſt in der Schulen vorgefallen / nachdem ich nacher Hauß ware gangen?

Andreas. Es hat der Lehrer außgelegt die Send-Brieff des Ciceronis: dan auch hat er uns was zu überſetzen geben.

Bapti. Wan müſſen wir es bringen?

Andre übermorgen frühe.

Bapti. Haſt du es ſchon überſetzet?

Andre Noch nit gäntzlich; doch zum guten Theil.

Bapti. Ich bitte dich gebe mir das Teutſch in die Feder.

Andre Suche dir einen anderen / der ſolches thue; ich kan dir jetz nicht helffen.

Bapti. Warumb nicht?

Andre. Ich hab ein ander / und faſt nothwendiges Geſchäfft zu verſorgen.

Bapti. Nolo te urgere: ſed ſaltem commoda mihi tua adverſaria.

Andre. Accipe: utere ut libet; modò nè abutare.

Bapti. Nè verere.

Andre. Serióne ſcribis, an nugas agis, Vincenti?

Vincentius. Equidem ſcribo ſeriò: ſed quorſum id rogas?

Andre. Fuit cum elegantiùs pingeres. En literas!

Æquè ſcitè gallus gallinaceus ſcalperet unguibus.

Vincen. Deeſt mihi calamus accommodus: da mihi, obſecro, unicam pennam.

Andre. Non ſic dantur mihi.

Vincen. Nolo mihi dono des; ſed commodato.

Andre. Sunt mihi tantùm duæ.

Vincen. Una mihi commoda per amicitiam noſtram.

Andre. Amicorum omnia ſunt communia.

Bapti. Ich will dich nit nöthigen; aber leihe mir zum wenigſten dein Klitter-Buch.

Andre. Nehme es hin: gebrauche es nach belieben; allein mißbrauche es nit.

Bapti. Seye deſſentwegen ohne Sorgen.

Andre. Schreibeſt du ernſtlich/ oder kurtzweileſt du/ Vincentius?

Vincentius. Ja ich ſchreibe in Ernſt; aber warumb frageſt du dieſes?

Andre. Du pflegteſt beſſer zu ſchreiben; ſihe was Buchſtaben ſeynd das!

Ein Hahn ſolte es eben ſo zierlich mit ſeinen Klauen daher kratzen.

Vincen. Ich hab kein gute Feder: ich bitte dich/ gib mir eine.

Andre. Sie werden mir nicht alſo geben.

Vincen. Ich will ſie nicht geſchenckt; ſonderen gelehnet haben.

Andre. Ich hab nur zwo

Vincen. Lehne mir eine auß Freundſchafft.

Andre. Gute Freund haben alles gemein.

Sihe

En tibi calamum longo, & firmo caule.

Vincen. Reddam tibi ſtatim, cùm ſcripturam deſcripſero.

Andre. Nolo, mihi reddas.

Vincen. Quid igitur faciam?

Andre. Quidquid voles: à me enim tibi dono datur.

Vincen. Gratiam habeo maximam.

Ægidius. Quæſo, Alarde, ut appares mihi pennam hanc.

Alardus. Non habeo ſcalpellum ſcriptorium.

Ægi. Petam mutuum ab Antonio.

Alar. Vade.

Ægi. Antoni, da mihi mutuum tantiſper ſcalpellum tuum.

Antonius. Scilicet, ut Magiſter eripiat, ſi te utentem deprehenderit.

Ægi. Utar clanculum ſub pallio.

Anto. Habe tibi; tamen tuo periculo.

Sihe da haſt du ein Feder mit einem langen/ und ſteiffen Keil.

Vincen. Ich werd ſie dir gleich widergeben/ ſo bald ich die Schrifft werd abgeſchrieben haben.

Andre. Ich will nicht/ daß du ſie mir widergebeſt.

Vincen. Was ſoll ich dan mit ſelbiger anfangen?

Andre. Was du wilſt: dan ich ſchencke ſie dir.

Vincen. Ich ſage dir groſſen Danck.

Ægidius. Ich bitte dich/ Alardus, ſchneide mir dieſe Feder.

Alardus. Ich hab kein Federmeſſerlein.

Ægi. Ich will eins lehnen von dem Antonius.

Alar. Gehe hin.

Ægi. Antonius, leihe mir nur ein wenig dein Federmeſſerlein.

Antonius. Gelt darumb/ damit es dir der Lehr-Meiſter abnehme/ wan er dich ſehet ſolches gebrauchen?

Ægi. Ich will es heimlich under dem Mantel brauchen.

Anto. Nehme es; aber auff deine Gefahr.

Ægi.

Ægi. Omne in me periculum transfero,

Anto. Hac lege à me auferes, ut, ſi Præceptor te ſpoliet, perſolvas pretium,

Ægi. Omnino hac lege. En Scalpellum, Alarde.

Alar. Hei, quàm obtuſum!

Ægi. Agè, expedi, prius quàm Magiſter ſuperveniat.

Alar. Utrùm amas ſcribere cuſpide duriuſculâ, an molliore?

Ægi. Attempera ad manum tuam,

Alar. Ego molliore uti ſoleo.

Ægi. Habeo alterum calamum tenui cuſpide: para nunc mucrone craſſiore.

Alar. Incommodum eſt alienam ſemper operam emendicare aptandis calamis: addiſce ipſe artem parandi.

Ægi. Tentavi frequenter: oleum, & operam perdo.

Alar. Nullius eſt nego-

Ægi. Ich nehme alle Gefahr über mich,

Anto. Mit dem Beding ſolſt du es von mir empfangen / daß du es mir bezahleſt / wan der Lehr-Meiſter es dir ſolte abnehmen.

Ægi. Ja mit dem Beding. Alardus, Sihe da iſt ein Meſſerlein.

Alar. Ey wie ſtumpff!

Ægi. Wohlan/mache ein End/ehe dan der Lehr-Meiſter darüber komme,

Alar Schreibeſt du lieber mit einer harten / oder weichen Spitz?

Ægi. Schneide ſie auff deine Hand.

Alar. Ich habe lieber ein weiche.

Ægi. Ich hab eine feine Feder / ſchneide dieſe etwas gröber,

Alar. Es iſt unbequäm ſich allezeit anderer Hülff bedienen umb Federn zu ſchneiden: lerne ſelbſt die Kunſt ſelbige zu ſchneiden.

Ægi. Ich hab es zum öffternmahl verſuchet: aber es iſt umbſonſt.

Alar. Es iſt leicht zu thuen

tii: en, ſic reſcindo utrimque caput.

Tum in ſuperiore parte inciſuram facio ſcalpello ſenſim ducto: poſteà exacuo in cuſpidem.

Age, profer atramentum: intinge calamum,& periculum fac, an ſit accommodus.

Ægi. Exarabo nomen tuum, ut referam gratiam.

Alar. Phy! lituras veriùs effingis, quàm literas.

Ægi. Adhærebat crenæ fibra aliqua,vel flocculus: debuiſſem demere.

Alar. Scio,unde adhæreſcat: cedò,aliquantulum reſcindam è pennæ cuſpide:alicubi adunca eſt.

Nunc experire.

Ægi. Eſt calamus egregiè habilis:ago tibi, quantas poſſum, gratias.

Carolus. Quis commodabit mihi dimidiatum chartæ folium? Obſecro te,Damiane.

Damianus. Habeo ſo-

thuen: ſihe ſo ſchneide ich beyderſeits die Spitze ab.

Dan mache ich im Obertheil ein Snitz mit dem Federmeſſerlein: darnach ſpitze ich ſelbigen.

Wohlan/ bringe Dinten hieher: tuncke die Feder hinein / und verſuche ob ſie gut ſeye.

Ægi Ich will deinen Nahmen ſchreiben zur Danckſagung.

Alar. Pfuy! du macheſt vielmehr Klatten/dan Buchſtaben.

Ægi. Es hienge an der Spitze ein kleines Fäßlein/ oder Locken: dieſen ſolte ich haben hinweg gethan.

Alar. Ich weiß/von wannen es herkommt / daß er daran hange: gib ſie mir hiehin / ich will ein wenig von der Spitze hinweg ſchneiden: ſie iſt an einem Orth etwas hackechtig.

Nun verſuche ſelbige.

Ægi. Es iſt ein ſehr gute Feder: ich ſage dir groſſen Danck.

Carolus. Wer wilt mir ein halb Blat Papyr lehnen?Ich bitte dich/ Damianus.

Damianus. Ich hab nur ein

lium unicum ; ſed ipſe egeo.

Caro. Tibi alterum dimidium ſerva ; alterum dimidium ſufficiet mihi.

Dami. Revelle ex codice tuo compacto chartam vacuam.

Caro. Non fecero. Inde ſenſim compactio diſſolvitur, & liber membratim diſcerpitur.

Dami. Sufficitne tibi hoc fruſtulum?

Caro. Hui! non capiet ſex verſus, ex meis præſertim.

Dami. Scribe in utrâque papyri facie, & duc verſus denſiores: quid neceſſe habes tam magna interſtitia relinquere!

Caro. Egóne id facio? Vix intervallum eſt ullum: nam literæ ſeſe utrimque attingunt.

Et verò quid tu nos inſtruas? Nolim ſcribere ad exemplar tuum. En, ut pravos verſus ducis.

Dami. Scribe tu ſeorſum, & tace.

Franciſcus. Eſtne tibi

ein Blat; und hab es ſelbſt nöthig.

Caro. Behalte du das eine halbe / das ander wird für mich gnug ſeyn.

Dami. Reiſſe auß deinem eingebundenen Schreibbuch reines Papyr.

Caro. Das thue ich nicht. Dan alſo geht allgemach der Einband loß/und das Buch wird in Stücken zertheilet.

Dami. Iſt dir dieſes Stücklein gnug?

Caro. Ey! es wird kaum ſechs Zeilen faſſen/ fürnemblich von den meinigen.

Dami. Schreibe auff beyde Seiten des Papyrs/ und mache die Zeilen näher beyeinander: was braucht es: ſo groſſen Platz zwiſchen beyden zu laſſen?

Caro. Solte ich das thuen? Es iſt kaum ein geringer Platz: dan die Buchſtaben rühren ſich beyderſeits.

Und ſchaue: wie wilſt du uns lehren? Ich will nach deinem Vorbild nicht ſchreiben. Du ziehest gantz krumme Zeilen.

Dami. Schreibe du vor dich allein/und ſchweige.

Franciſcus. Haſt du guten

bonum atramentum, Dionyſi.

Dionyſius. Cur id rogas?

Franci. Ut mihi des aliquantulum de ſuperfluo.

Diony. Nunquam non tibi aliquid deſit: dic, quid eſt ſcholaſticus ſinè calamo, & atramento?

Franci. Quod miles ſinè clypeo, & gladio. Fateor; ſed in poſterum inſtructus veniam: nunc dato mihi pauxillulùm in præſentem uſum.

Diony. Sed atramentum meum inſtar limi craſſum eſt: hæret in ſummâ crenâ, nec defluit.

Franci. Diluas aceto.

Diony. Non eſt mihi acetum ad manum.

Franci. Cedò: ibo ad antliam: inſtillabo guttas aliquot aquæ.

Diony. Periculum eſt, ne inde charta perfluat.

Franci. Quid refert? Non ſcribimus æternitati.

ten Dinten / Dionyſius?

Dionyſius. Warumb frageſt du darnach?

Franci: Daß du mir von dem / was dir übrig / ein wenig gebeſt.

Diony. Allezeit fehlt dir etwas: ſag was iſt ein Schul-Knab ohne Feder / und Dinten?

Franci. Was ein Soldat ohne Schild / und Schwerd. Ich geſtehe es; aber forthin werd gerüſt / und verſehen kommen: gebe mir nur ein wenig jetz zu gebrauchen.

Diony. Aber mein Dinten iſt ſo dick wie Latten: er bleibt in der Schlitze hangen / und will nicht flieſſen.

Franci. Vermiſche ihn mit Eſſig.

Diony Ich hab kein Eſſig bey der Hand.

Franci. Gib her: ich will zur Pompen gehen: will etliche Tropffen Waſſer laſſen eintrieſſen.

Diony. Es iſt Gefahr / das Pappyr werde durchflieſſen.

Franci. Was iſt daran gelegen? Wir ſchreiben nicht umb ewig zu dauren.

Diony.

Diony. Vah! nimiùm infudiſti: vide; quæſo, quàm dilutum: inſtar eſt aquæ.

Franci. Quale, quale; erit mihi uſui: infunde.

Diony. Porrige atramenti cornu apertum.

Franci. Infunde pluſculum.

Diony. Deprime goſſipium calamo tuo: alioquin redundabit, atque effluet.

Franci. Satis: quænam hæc eſt profuſio? Plus dediſti mihi, quàm tibi retinueris. Ago tibi gratias: referam; cùm & tu egebis.

Diony. Utere commodo tuo.

Caſparus. Nemóne arenam habet ad manum?

Colotes. Habeo; ſed perparum.

Caſpa. Oro te, ſcripturam meam conſperge modico: invertenda eſt pagina: confundentur literæ lituris.

Colo. Interſere chartam bibulam.

Diony. Boß! du haſt zu viel hinein geſchüttet: ſchaue/ wie bleich er iſt / gleich wie Waſſer.

Franci. Er mag ſeyn/wie er wölle/er wird mir dienen: gieſſe ein.

Diony Reiche her das offene Dintenfaß.

Franci. Gieſſe etwas mehr hinein.

Diony. Trucke die Baumwollen under ſich mit der Schreib-feder: Es wird ſonſt zu voll werden / und überlauffen.

Franci: Es iſt gnug: was ein verſchütten iſt das? Du haſt mir mehr geben / als du ſelbſt behalten. Ich ſage dir Danck: werds dir vergelten/ wan du es auch wirſt vonnöthen haben.

Diony. Gebrauche ihn nach deinem belieben.

Caſparus. Hat keiner Sand bey der Hand?

Colotes. Ich habs / aber gar wenig

Caſpar. Ich bitte dich/ ſtreue ein wenig über meine Schrifft: ich muß die Seiten des Blats umbwenden: die Buchſtaben werden Klatten.

Colo. Lege darzwiſchen ein Fluß-pappyr.

Caſpa. Æquè in promptu eſt mihi.

Colo. Pulverem abrodas de pariete.

Caſpa. Nefas eſt ſcalpendo deturpare ſcholæ parietes.

Quid cunctaris? Inſperge pauxillum de thecâ tuâ arenariâ. Attentus es nimium ad rem nihili. Arenâ quid eſt vilius?

Colo. Nihil verùm ad litus maris, ubi ejus eſt copia.

Tamen, quia noſter es, explica librum, & excipe.

Caſpa. Referam vices, cùm opus tibi fuerit.

Quid video? Jámne nunc deſcripſiſti integrum?

Colo. Deſcripſi.

Caſpa. Utinam mihi eſſent articuli tam celeres: equidem perquam tardè ſcribo.

Colo. Quî potes dictantis vocem ſcribendo aſſequi?

Caſpa. Dieſes hab ich eben ſo wenig.

Colo. Schabe etwas von der Wand ab.

Caſpa Es iſt hoch verbotten mit abkratzen die Wänd der Schulen verderben.

Was verweileſt du? Streue ein wenig auß deiner Sandbüchſen darüber. Du geheſt mit einer nichts wertigen Sachen viel zu ſparſam umb. Was iſt ſchlechter/dan Sand?

Colo.. Nichts; aber am Geſtad des Meers / da derſelbige in Uberfluß iſt.

Doch weilen du mein Freund biſt / eröffne dein Buch/und nehme ihn.

Caſpa. Ich wils dir vergelten/wan du es wirſt vonnöthen haben.

Was ſehe ich da? Haſt du ſchon die gantze Materie außgeſchrieben.

Colo. Ja: ich habs gethan.

Caſpa. Wolte Gott daß ich auch ſo geſchwinde Finger hätte: fürwahr ich bin ſehr langſam im ſchreiben.

Colo. Wie kanſt du dem/ ſo das Teutſch in die Feder gibt/nachkommen?

Caſpa. Ægrè admodum.

Colo. Quid obſtat?

Caſpa. Egómet mihi: nam prima mihi cura eſt, ut bene ſcribam; proxima, ut celeriter. Sat citò, ſi ſat bene.

Colo. Bellè: ſed iſtam cantilenam cane Præceptori, cùm dictat: ſat citò ſi ſat bene.

Caſpa. Faſt kümmerlich.

Colo. Was hindert dich?

Caſpa. Ich ſelbſt: dan zu erſt ſorge ich / daß ich wohl ſchreibe; darnach / daß ich geſchwind ſchreibe. Was gut/ will weil haben.

Colo. Aber ſinge dieſes Liedlein dem Lehr-Meiſter/ wan er das Teutſch in die Feder gibt. Was gut/ will Weil haben.

DIALOGUS OCTAVUS.

Rogatur varia facultas egrediendi ſcholâ.

Achtes Geſpräch.

Es wird unterſchiedliche Erlaubnüß begehret auß der Schulen zu gehen.

PRÆCEPTOR, DISCIPULI.

Der Lehr-Meiſter/ die Schüler.

GOdefridus. Licétne per Veſtram Reverentiam, Præceptor, ut ego, & Patruelis meus eamus domum?

Præceptor. Quid eò?

Gode. Ut obviam occurramus Patri noſtro, Antvuerpiâ redituro ſub veſperam.

GOdefridus. Beliebet es/ Euer Ehrwürden daß ich/und mein Vetter nacher Hauß gehen?

Der Lehr-Meiſter. Was willet ihr da machen?

Gode. Damit wir meinem Vatter entgegen gehen/ ſo umb den Abend von Antwerpen wird widerkommen.

Præc.

Præc. Cur tam citò?	**Der Lehr-Meiſter.** Warumb ſo geſchwind?
Gode. Mater domi nos opperitur ad hanc horam.	*Gode.* Meine Mutter erwartet uns zu dieſer Stund.
Præc. Etiam ipſa procedet obviàm?	**Der Lehr-Meiſter.** Wird ſelbige ihm auch entgegen gehen?
Gode. Etiam ipſa, & univerſa familia. Famuli præcurrent pedites: Mater cum ſororibus rhedâ vehetur: ego facturus ſum iter equo.	*Gode.* Ja/ ſie auch/ und unſer gantzes Hauß. Die Knecht werden zu Fuß gehen: meine Mutter wird mit meinen Schweſteren im Kutſchen fahren: ich werd zu Pferd reiten.
Præc. Abi: ſit iter felix, ac commodum.	**Der Lehr-Meiſter.** Gehe hin: ich wünſche dir ein glückliche/ und gemächliche Reiß.
Gode. Commodum ut ſit, ſubvereor.	*Gode.* Ich bin beſorget/ daß ſie nit gemächlich seyn werde.
Præc. Quamobrem?	**Der Lehr-Meiſter.** Warumb?
Gode. Quia onuſtus ſcholâ exeo.	*Gode.* Weilen ich beladen auß der Schulen gehe.
Præc. Quâ ſarcinâ?	**Der Lehr-Meiſter.** Mit was für einer Burde?
Gode. Argumento ſcriptionis, cras reddendo. O ſi hoc onere me lavaveris!	*Gode.* Mit der Schulübung / welche wir morgen bringen müſſen. O wan Euer Ehrwürde mich dieſes Laſtes thäte entheben!
Præc. Quid polliceris mihi?	**Der Lehr-Meiſter.** Was verſprichſt du mir?
Gode. Futurum, ut ſar-	*Gode.* Daß ich dieſen Ab-

ciam hanc jacturam duplâ deinde diligentiâ.

Prace. Per me licet; ſed vide ſis, mihi fidem ſerves.

Gode. Liberabo apud te fidem meam.

Gratianus. Placétne, Reverende Domine, mihi facere poteſtatem egrediendi ſcholâ?

Prace. Quid cauſæ eſt?

Grati. Rure in urbem venit Mater mea: condixit locum, & tempus, quo ſe conveniam.

Prace. Quid iſtud opus eſt?

Grati. Ut Mater emat mihi libros neceſſarios: rarò in urbem venit: occupanda eſt mihi occaſio.

Prace. Adfer mihi à Matre teſtimonium in craſtinum diem.

Grati. Non novit Mater ſcribere.

Prace. Igitur teſtem adducas tecum.

Grati. Deo juvante

gang mit zweyfachen Fleiß hinführo erſetzen werde.

Der Lehr-Meiſter.

Ich bins zufrieden; aber ſehe zu/ daß du deinem Verſprechen nachkommeſt.

Gode. Ich werd mein Verſprechen halten.

Gratianus. Geliebet es Euer Ehrwürde/ mir Urlaub zugeben auß der Schulen zu gehen?

Der Lehrmeiſter.

Warumb das?

Grati. Meine Mutter kommt heut von auſſen in die Statt: ſie hat mir den Ort/ und die Zeit beſtimmet/ woh ich bey ſie kommen ſoll.

Der Lehr-Meiſter.

Warzu iſt das vonnöthen?

Grati. Damit mir meine Mutter die nothwendige Bücher kauffe: ſie kommt ſelten in die Statt: ich muß die Gelegenheit in obacht nehmen.

Der Lehr-Meiſter.

Bringe mir morgen ein Zeugnüß von deiner Mutter.

Grati Meine Mutter kan nicht ſchreiben.

Der Lehr-Meiſter

So bringe dan einen Zeugen mit.

Grati. Mit der Hülff Gottes

id curabo. Numquid aliud vis, Præceptor?

Gottes werd ich ſolches thuen. Iſt auch noch etwas weiter/ lieber Lehrer?

Præce. Ut meis verbis officiosè Matrem ſalutes.

Der Lehr-Meiſter. Daß du deine Mutter meinetwegen freundlich begrüſſet.

Guilielmus. Urgeor neceſſitate maturæ Reverende Domine: licétne mihi exire ſcholâ?

Guilielmus. Es zwingt mich die Natur/ Ehrwürdiger Herr: mag ich auß der Schulen gehen?

Præce. Quin ante ſcholæ initium ſatisfeciſti neceſſitati, ut ſæpe admonui?

Der Lehr-Meiſter. Warumb haſt du vor Anfang der Schulen ſolches nit verrichtet/ wie ich offt erinnert?

Guili. Non urgebar id temporis.

Guili. Dazumahl ſpührte ich noch keine Noth.

Præce. Continuò hic adſis.

Der Lehr-Meiſter. Komme alsbald wider.

Henricus. Placet eam ad opus naturæ, Præceptor?

Henricus. Beliebet es dir/ Ehrwürdiger Lehr-Meiſter/ daß ich auß der Schulen gehe meiner Natur gnug zuthuen?

Laboravi per aliquòt dies alvi profluvio: iterum premor: placétne, ut ſecedam, ut curriculo domum excurram?

Ich hab einige Täg den Durchlauff gehabt: ich werd widerumb genöthiget: gefallt es dir/ daß ich auff die Seiten gehe/ daß ich geſchwind nacher Hauß lauffe?

Præce. Abi.

Der Lehr-Meiſter. Gehe hin.

Hieronymus. Horâ nonâ fiet ſacrum funebre anniverſarium pro Avo

Hieronymus. Umb neun Uhren wird Jahr-Gedächtnüß gehalten für meinen

meo: juſſit me Pater intereſſe; placétne, Præceptor, ut eam? Jam imminet nona.

Præc. Quanam in æde ſacrâ jacet humatus?

Hierony. In Divi Nicolai.

Jacobus. Licétne per Veſtram Reverentiam, ut adeam Janitorem Collegii Veſtri.

Præc. Quid tibi cum illo negotii?

Jaco. Heri à Patre Xaverio renunciare quiddam me juſſit homini in viciniâ noſtrâ habitanti: debeo illi reſponſum reddere.

Præc. Reddes à ſcholâ.

Jaco. Feſtinato opus eſt.

Præc. Quin ergo ante tertium pulſum Patrem evocâſti ad januam?

Jaco. Antea planè exciderat: jam mihi in memoriam redit.

Præc. Viſe, ſi domi eſt:

Groß-Vatter: Mein Vatter hat mir befohlen gegenwertig zu ſeyn: beliebet es ihm / lieber Lehr-Meiſter / daß ich gehe? Es iſt aufim Schlag von neun Uhren.

Der Lehr-Meiſter.

In welcher Kirch ligt er begraben?

Hierony. In deß heiligen Nicolaus.

Jacobus. Beliebt es/Ewer Ehrwürden / daß ich zum Pfortner deß Collegiū gehe?

Der Lehr-Meiſter.

Was haſt du mit ihm zu ſchaffen.

Jaco. Geſtern hat er mich geheiſſen von Pater Xaverius eine Bottſchafft zu überbringen an jemand / ſo da wohnet in unſer Nachtbaurſchafft: ich muß ihm Antwort bringen.

Der Lehr-Meiſter.

Du kanſt ihm ſolches nach der Schulen bringen.

Jaco. Es braucht Eil.

Der Lehr-Meiſter.

Warumb haſt du dan nicht vor drey Viertheil ſelbigen an die Pforten geruffen?

Jaco. Zu vorn hatte ich es nicht bedacht jetz fallt es mir bey.

Der Lehr-Meiſter.

Sehe zu ob er zu Hauß iſt.

Jam admoniti eſtis de adeundo templo: colligant vaſa, & ad ſacra ſe comparent.

Jetz ſeyd ihr ermahnet nach der Kirchen zu gehen: packet euere Sachen zuſammen/ und bereitet euch zur Meſſen.

Laurentius. Ambo nos inſervivimus ſacro, obſervande Domine: placétne ut conferamus nos domum?

Laurentius. Wir haben beyde zur Meß gedienet/ Ehrwürdiger Herr: beliebet es ihm/ daß wir uns nacher Hauß begeben.

Præce. Ut quid ante alios?

Der Lehrmeiſter. Warumb vor den anderen?

Lauren. Quia jam ſacrificio uni interfuimus, & frigore totus rigeo, inſuper procul hinc habito: vix domi ad horam licet interquieſcere: ad ſcholam iterum repedandum eſt.

Lauren. Weilen wir jetz bey einer Meß geweſen/ und ich vor Kälte erſtarre/ darneben wohne ich fern von hier: kaum kan ich ein Stund zu Hauß ruhen: da muß ich widerumb zur Schulen kehren.

Præce. Jam vos miſſos faciam hac lege, ut pomeridianas prælectiones firmiùs imprimatis memoriæ.

Der Lehrmeiſter. Jetz will ich euch entlaſſen mit dem Beding/ damit ihr die nachmittägige Lehr beſſer außwendig lernet.

Lauren. Callebimus ad unguem.

Lauren. Wir werden ſie auffs gnaueſte wiſſen.

Joſephus. Præceptor, emitto ſanguinem è naribus: placétne exeam ſcholâ?

Joſephus Lieber Lehrer/ ich ſchwitze Blut auß der Naſen: mag ich auß der Schulen gehen?

Præce. Exi, & lava ad proximum fontem, aut antliam.

Der Lehr. Meiſter. Gehe/ und waſche dich am nechſten Brunnen / oder Pompe.

Philippus. Placétne Magiſtro, ut egrediar ſcholâ,

Philippus. Gefallt es dem Lehrer / daß ich auß der Schulen

empturus chartam, & calamos?

Præc. Quò curres? Jamjam eſt argumentum ſcribendum pro imperio.

Philip. Eſt officina hîc in proximo, è regione Gymnaſii.

Præc. Propera.

Phili. Hîc ſum, atque ibi ſum.

Præc. Libenter quotidie exiretis è ſchola ſexies: non patiar. Proſpicite quibus rebus opus ſit ante ſcholæ initium.

Schulen gehe Pappr / und Federen zu kauffen?

Der Lehrmeiſter. Woh wilſt du hinlauffen? Gleich ſoll man die Materie ſchreiben umb die Platzen.

Philip. Es iſt ein Laden hier näheſt / recht über der Schulen.

Der Lehrmeiſter. Eile geſchwind.

Philip. Gleich bin ich widerumb hier.

Præc. Ihr woltet gern täglich ſechsmahl auß der Schulen lauffen: ich werd es nit zugeben. Sehet zu vor der Schulen / was euch vonnöthen iſt.

ADAGIORUM DECAS SEXTA.

Adagiorum decas ſexta.

1. SÆpe etiam eſt olitor verba opportuna locutus.

2. Ne ſutor ultra crepidam.

3. Dii facientes adjuvant.

4. Simia ſemper ſimia, etiamſi aurea geſtet inſignia.

Sechſte zehn Sprüch-Wörter.

1. Ein blinde Sau findet auch wohl ein Eichel.

Oder. Geringe Leuth reden auch zuweilen was Guts.

2. Ein jeder treibe was er gelernet hat.

3. Gott gibt einem wohl den Ochſen; aber nit bey den Hörneren.

Oder. Fleiß bricht all Eis.

4. Wan man einer Sau ein gülden Stück anzöge / ſo legt ſie ſich doch damit in Koth.

5. Ab equis ad aſinos.

6. Artem quævis alit terra.

7. In ſilvam ligna ferre.

8. Invitis canibus venari difficile eſt.

9. Veritas odium parit.

10. Væ tibi tu nigræ dicebat cacabus ollæ.

DIALOGUS NONUS.

Officium Præfectorum Decuriæ.

LAMBERTUS, LUDOVICUS, &c.

Lambertus. Redde prælectionem memoriter, Ludovice.

Ludovicus. Pauliſper exſpecta, dum relegero.

Lamber. Non patior moras: examinandos habeo plures: & dudum ſonuit ſignum ſecundum.

5. Vom Pferd biß auff den Eſel.

6. Kunſt gehet durch alle Land.

oder. Kunſt fiſcht nirgendt umbſonſt.

7. Holtz in den Buſch tragen.

oder Waſſer in den Rhein.

8. Mit unwilligen Hunden iſt nit gut jagen.

9. Wer die Warheit geigt/ dem ſchlägt man die Geigen über den Kopff.

oder Warheit findt kein Herberg.

10. Der Keſſel heiſſt den Hafen Schwartzkopff.

Neundes Geſpräch.

Das Ampt der Hauptleuth oder Rottmeiſter.

LAMBERTUS, LUDOVICUS, &c.

Lambertus. Sag auff die Lehr/ Ludovicus.

Ludovicus Warte ein wenig/ biß daß ich ſie überleſen hab.

Lamber. Ich kan nicht warten: ich muß underſchiedliche hören: und es iſt ſchon lang das zweyte Zeichen geben.

Agè, incipe.

Ludo. Unde vis, exordiar?

Lamber. Neſcis initium prælectionis? Deferam te ignoráſſe.

Ludo. Deferes citrà culpam meam. Dic præcepti primum verbum modò: cetera proſequar finè hæſitantiâ.

Lamber. Dicam, quia mihi familiaris es: *Maſcula in os.*

Ludo. *Maſcula in os ſunto: dos, cos muliebris, & arbos.*

Lamber. Librum complica: identidem inſpicis.

Ludo. Nè literam legi quidem.

Lamber. Tamen complica. Quid tu illi inſuſurras, Martine? Abſtinebis, ſi ſapias.

Martinus. Equidem nihil illi ſuggero.

Lamber. Satis audivi: ſaxo, ut ſentias. Proſequere lectionem, Ludovice.

Ludo. *Da chaos, atque melos, &c.*

Wohlan/ mache den Anfang.

Ludo. Von wannen wilſt du/ daß ich anfahe?

Lamber. Weiſt du nicht den Anfang der Lehr? Ich will dich anklagen / daß du ſie nicht gewuſt haſt.

Ludo. Du wirſt mich unſchuldig anklagen. Sage nur das erſte Wort der Regel: das übrige werd ich ohne Stammlen auſſagen.

Lamber. Ich ſoll es dir ſagen/ weilen du mein guter Freund biſt: Maſcula in os.

Ludo. Maſcula in os ſunto: dos, cos muliebris, & arbos.

Lamber. Thue das Buch zu: du ſeheſt allemahl ein.

Ludo. Ich hab nicht ein Buchſtaben geleſen.

Lamber. Thue es doch zu. Was wiſpeleſt du ihm in das Ohr/ Martinus? Laß es bleiben/ wan du witzig biſt.

Martinus. Ich hab ihm fürwahr nichts eingeblaſen.

Lamber. Ich hab es gnug gehört: ich werd machen/ daß du es fühleſt. Fahre fort in der Lehr/ Ludovicus.

Ludo. Da chaos atque melos, &c.

Lamber. Submiſſiori voce pronuncia: notabimur.

Ludo. Aſſide mihi ad latus: dicam tibi in aurem.

Lamber. Sed ociùs: feſtino ad alios.

Ludo. Abſolvi: nónne accuratè reddidi?

Lamber. Sic ſatis. Etiam ſcriptionem tuam profer.

Ludo. Paulò pòſt ad me redi: interea ſubſcripſero meum, & æmuli mei nomen.

Lamber. Hoc domi factum oportuit. Quid me moraris?

Ludo. Importunus es exactor. Habe tibi.

Lamber. Videam alterum ſcriptionis exemplum in adverſariis.

Ludo. Sanè de ſedulo decurione nobis proſpectum eſt: non connives.

Lamber. Nolim ego pro te pœnas dare, ſi deprehendar diſſimulâſſe.

Lamber. Rede etwas ſtiller: wir werden gezeichnet werden.

Ludo. Setze dich an meine Seiten: ich will dir ins Ohr reden.

Lamber. Aber geſchwind: ich eile zu den anderen.

Ludo. Ich hab gethan: hab ich ſelbige nicht wohl auffgeſagt?

Lamber. Zimlich. Gib auch dein verfertigtes Schreiben.

Ludo. Komme über ein Zeit wider zu mir: entzwiſchen werd ich meinen / und meines Gegeners Nahmen darunder geſchrieben haben.

Lamber. Dieſes hat zu Hauß geſchehen ſollen. Was halteſt du mich auff?

Ludo. Du biſt ein Unbeſcheidener Einfordner. Da haſt du es.

Lamber. Laſſe mich das ander Schreiben in dem Klitterbuch ſehen.

Ludo. Gewißlich wir haben einen embſigen Hauptmann: du ſeheſt nichts durch die Finger.

Lamber. Ich will nicht vor dich herhalten / wan ich werd geſunden / daß ich durch die Finger geſehen hab.

Ludo. Non ità in animicos tuos es rigidus Cenſor.

Ego te novi, quàm mihi parùm faveas.

Lamber. Quid garris? Exhibe ſcripturæ exemplar alterum.

Ludo. Viden': percurre, ſi lubet, à capite, ad calcem.

Ludo Gegen deine Freund biſt du nicht ein ſo ſtrenger/ und raucher Scheʒer.

Ich kenne dich/ wie wenig günſtig daß du mir biſt.

Lamber. Was ſchweʒeſt du? Zeige mir das andere Schreiben.

Ludo. Sihe da hier: überlauffe es durch / wie dir beliebig/vom Anfang/ biß zum End.

DIALOGUS DECIMUS.

Officium Præfecti penſorum.

MICHAEL, ANGELUS, &c.

Michaël. Fruſtrà, Angele, tuum: penſum in ſcholâ abſolvis: non admittam.

Angelus. Rogavi te domi tuæ, quid mihi ſcribendum eſſet, gravatus es Schedulam inſpicere.

Mi. Præceptor disertè ſingulos admonuit: quin attendiſti?

Ange. Tum temporis

Zehendes Geſpräch.

Das Ampt der fürgeſetzter Anzeiger der täglichen Schul-Ubungen.

MICHAEL, ANGELUS, &c.

Michaël. Es iſt vergebens/ Angelus, daß du deine Schrifft in der Schulen außmacheſt: werd ſie nit annehmen.

Angelus. Ich hab dich in deinem Hauß gefraget/ was ich ſchreiben müſte/ es ware dir zu viel das Zettlein einzuſehen.

Mi. Der Lehr-Meiſter hat einen jeden außtrücklich ermahnet: warumb haſt du nit acht geben.

Ange. Dazumahl wuſte ich

meminerim: poſtea excidit.

Mi. At non mihi excidet fungi meo officio.

Ange. Expunge hodie nomen meum, te obſecro.

Mi. Non auſim.

Ange. Obſecro te per conſuetudinem noſtram.

Mi. Nunquam tam bellè dices, ut in tuî gratiam ego in diſcrimen vapulandi veniam.

Ande. Nihil periculi eſt: de te ſuſpicio Magiſtro non incidet. Bonæ fidei haberis.

Mi. Præſtabo igitur Magiſtro fidem, & deferam caruiſſe penſo.

Ange. Odio dignus es cum tuo rigore.

Mi. Redde mihi penſum, Nicolaë.

Nicolaus. Ecquod?

Mi. Decalogum græcè.

Nico. Jam tibi promam è capsâ. Habe.

Mi. Hui! ùt ſcitè pingis literas Græcas!

ich es: darnach iſt es mir auß der Gedächtnüß kommen.

Mi. Aber es wird mir nit auß der Gedächtnüß kommen mein Ampt zu vertretten.

Ange. Ich bitte dich/ thue doch heut meinen Nahmen auß.

Mi. Ich darff nit.

Ange. Ich bitte dich durch unſere Freundſchafft.

Mi. Niemahlen wirſt du mir ſo ſüß reden / daß ich umb deinetwillen mich in Gefahr ſtelle geſchlagen zu werden.

Ange. Es iſt kein Gefahr: der Lehrer wird nicht auff dich argwohnen. Du haſt einen guten Glauben.

Mi. So will ich dan dem Lehrer Treu halten/ und dich anklagen/ daß du die Schulübung nicht gehabt haſt.

Ange. Du biſt würdig gehaßt zu werden wegen deiner Strenge.

Mi. Gib mir die Schulübung/ Nicolaus.

Nicolaus. Welche?

Mi. Die zehen Gebott auff Griechiſch.

Nico. Jetz will ich dir ſelbige auß meiner Kaſten bekommen. Nehme ſie hin.

Mi. Ey wie ſchön macheſt du die Griechiſche Buchſtaben.

Nico. Facilè duas horas inſumpſi ſcribendo: cavero deinceps fabulari.

Mi. Quàm tibi metuo, David, malè.

David. Quâ de cauſâ.

Mi. Non niſi dimidiatum perſolviſti debitum.

Da. Alterâ parte liberatus fui.

Mi. Cujus favore, & benevolentiâ?

Da. Magiſtri Rhetorices.

Mi. Quid illi præſtiteras obſequii?

Da. Latino utebar, & urbano ſermone, cùm peterem immunitatem: hoc illi placuit.

Mi. Gratioſus es.

Hem, Simon, penſum mihi in manus inſeris aliud pro alio. Debebas vertere epiſtolam tertiam, & verbum de verbo expreſſum efferre vernaculè.

Simon. Nuper mihi Magiſter hoc penſum reddidit, aliàs pro alio valiturum.

Mi. Unde tibi fidem faciam?

Nico. Ich hab ſchier zwo Stunden angewendet zum Schreiben: hinführo werd ich mich hüten / daß ich nit ſchwetze.

Mi. Es förchtet mich deiner ſehr / David.

David. Warumb?

Mi. Du haſt nur den halben Theil deiner Schuld bezahlt.

Da. Ich bin von dem anderen Theil befreyet.

Mi. Durch weſſen Gunſt?

Da. Des Lehrers auß der fünfften Schulen.

Mi. Was haſt du ihm vor ein Dienſt bewieſen?

Da. Ich redete Latein / und höfflich / als ich von ihm begehrte befreyet zu seyn: dieſes hat ihm gefallen.

Mi. Du vermagſt viel.

Simon. Du gibſt mir ein andere Schul-übung als du ſolteſt. Du ſolteſt den dritten Send-Brieff veränderen / und von Wort zu Wort ins Teutſch überſetzen.

Simon. Neulich hat mir der Lehr-Meiſter dieſe Ubung widergeben / umb ſelbige ein andermahl vor ein anderes zu geben.

Mi. Wie ſoll ich dir dieſes glauben? Si.

Si. En Præceptoris ſyngrapham: noviſtin'?

Mi. Ipſe noverit: exhibebo.

Si. Sihe da des Lehrers Hand-Schrifft: kenneſt du ſelbige?

Mi. Er wird ſie wohl kennen / ich will ſie ihm zeigen.

DIALOGUS UNDECIMUS,

Officium ſcholam verrentium.

THOMAS EDMUNDUS &c.

Eilfftes Geſpräch.

Das Ampt deren / ſo die Schul außkehren.

THOMAS EDMUNDUS &c.

THomas. Hodie ex ordine verrent ſcholam Edmundus, Joſeph, Damianus, & Coſmas.

THomas. Heut ſollen nach der Ordnung die Schul außkehren Edmundus, Joſeph, Damianus, Coſmas.

Edmundus. Præſto ſumus: arripiamus ſcopas.

Edmundus. Wir ſeynd bereit: laſt uns die Bäſemen ergreiffen.

Tho. Pauliſper moramini. Pavimentum non eſt adſperſum aquâ: nimium pulveris excitabitur.

Tho. Wartet ein wenig. Die Bühne iſt noch nit mit Waſſer begoſſen: es wird zu ſtaubig werden.

Coſmas. Cura ſcholam irrigandam.

Coſmas. Sorge / daß die Schul begoſſen werde.

Tho. Jamjam aqualem Blaſius adferet: nunc eſt in ſcholâ hac proximâ.

Tho. Jetz wird Blaſius das Gießfaß bringen: er iſt nun in der nähesten Schulen.

Damianus. Nos interim moveamus ſcamna loco.

Damianus. Laſt uns inzwiſchen die Bänck verſetzen.

Tho. Hoc agite: ego ſcalas conſcendam, ape-

Tho. Das thuet: ich will auff die Leiter ſteigen / und die

riam feneſtras ad eventilandam ſcholam, & diſſlandum pulverem.

Edmun. Ades huc, Coſma: tolle alterum hujus ſcamni extremum, ut unà removeamus. Cave, ne manibus excidat: mihi pedum digitos contereret.

Tho. Heus, ſocii, nimium excitatis ſtrepitum ſcamnis, & clamoribus: objurgabimur.

Joſephus. Thoma, non invenio ſcopas.

Tho. Videris mihi captus eſſe oculis: ecce binas ante pedes tuos.

Joſe. Hæ non ſunt diutius utiles: alteræ detritæ ſunt, alteræ diſſolutæ: integras quære ſcopas, aut non verrero.

Tho. Jam curro: adferam virides, & recentes.

Dami. Cujus hic eſt locus? Viden' ut chartas minutatim conſciderit? Meretur ipſe verere.

Tho. Joſephe, veteres ſcopas extrude manubrio: infigam novas. Hic

die Fenſteren auffthuen/ umb die Schul außzuſtauben/und den Staub zu vertreiben.

Edmun. Komm hieher/ Coſmas: hebe den anderen Theil der Banck auff/ damit wir ſelbige zugleich verrucken. Hüte dich/ daß du ſie nit auß den Händen fallen laſſeſt: ſie ſolte mir die Zehe am Fuß zerknütſchen.

Tho. Hola/ Geſellen/ihr machet ein zu groſſes Getöß mit den Bäncken / und euerem Ruffen: wir werden ein Außputzer bekommen.

Joſephus. Thomas, ich finde keinen Bäſemen.

Tho. Mich gedünckt/ daß du blind biſt: da ſtehe zwey vor deinen Füſſen.

Joſe. Dieſe ſeynd nicht mehr nutz: der eine iſt verſchlieſſen / der andere ungebunden: ſuche neue Bäſemen/ oder ich kehre nicht.

Tho. Jetz gehe ich: ich werd grüne und friſche bringen.

Dami. Weſſen Platz iſt dieſer? Sehe/ wie er das Papyr zu kleinen Stücklein geſchnitten hat? Der verdient ſelbſt zu kehren.

Tho. Joſephus, ſtoſſe die alte Bäſemen auß dem Stock: ich will neue hinein ſtecken.

Dieſer

ſtipes non ſatis eſt præacutus.

Dieſer Stock iſt nit ſpitzig gnug.

Joſe. Cedò, præacuam: habeo cultrum. Nunc totis viribus aggrediamur.

Joſe. Gib her/ ich will ihn ſpitzen: ich hab ein Meſſer. Nun laßt uns mit allem Ernſt/ und Gewalt anfangen.

Ex quatuor ſcholæ lateribus ſordes converramus in medium.

Auß den vier Ecken der ſchulen laßt uns den Wuſt in die Mitten zuſammen kehren.

Edmun. Do tibi ſignum, Coſma.

Edmun. Coſmas, ich gebe dir das Zeichen.

Co. Vah! excidit mihi imprudenti verbum vernaculum; ſed facilè tibi ſignum reddidero.

Co. Botz! es iſt mir unbedachtſam ein Teutſches Wort entfallen; aber ich werd dir das Zeichen leichtlich widergeben.

Edmun. Non mihi certè: potiùs indicam linguæ meæ ſilentium.

Edmun. Mir gewißlich nicht: ich will lieber ſtillſchweigen.

Tho. En, quàm nullo negotio abſolvitur, quod plurium ſit operâ.

Tho. Sihe mit was geringer Mühe wird das jenig vollbracht/ woh ihrer mehr die Händ anſchlagen.

Jam opus peregimus: vos ſordes accumulate, & immittite in receptaculum.

Jetz haben wir alles gethan: verſammlet ihr den Wuſt/ und thuet ihn in der Korb.

Ego cum Edmundo digeram ſcamna in ordinem.

Ich will mit dem Edmundus die Bänck widerumb in Ordnung ſtellen.

Joſe. Effer receptaculum cum ſordibus Damiane,

Joſe. Damianus, trag den Korb mit dem Wuſt hinauß.

Dami. Ut quid ego præ ceteris?

Dami. Warumb ich mehr als andere?

**** Joſe.

Joſe. Poſteriorem nobis locum in ſcholâ occupas: tibi exportandæ ſunt ſordes ex imperio Præceptoris.

Tho. Quid altercaris, quaſi ignarus ſis conſuetudinis: abi, & redi continuò: adveſperaſcit.

Tollite libros, & pallia: abeundum eſt.

Ultimus exiens occludat oſtium.

Dami. E veſtigio ſubſequar.

Tho. Remiſiſti ſeram, nec ne?

Dami. Non fuerat adducta.

Tho. Fuerat verò: redi: attolle peſſulum: manu tenta, num probè fores occluſæ ſint.

Tantiſper hîc te præſtolabimur.

Dami. Salva omnia: diſcedamus. Valete in proximum congreſſum.

Tho. Etiam, atque etiam vale.

Joſe. Du biſt hinder uns in der Schulen: du ſolſt den Wuſt außtragen auß Befehl des Lehrers.

Tho. Was wörtleſt du lang / gleich als ob du den alten Brauch nicht wüſtes: gehe hin / und komm geſchwind wider. Es wird Abend.

Nehmet euere Bücher / und Mäntel: wir müſſen gehen.

Der lezte ſchlieſſe die Thür zu.

Dami. Ich werd gleich folgen.

Tho. Haſt du das Schloß abgelaſſen/oder nicht?

Dami. Es war nicht auffgezogen.

Tho. Es ware freylich auffgezogen. Kehre widerumb: hebe den Rigel auff: verſuche es mit der Hand / ob die Thür wohl zugemacht ſeye.

Wir wollen hier ſo lang auff dich warten.

Dami. Es iſt alles wohl: laßt uns hingehen haltet euch geſund biß zur näheſten Verſammlung.

Tho. Spahre dich auch geſund.

DIALO-

DIALOGUS DUODECIMUS.
Officium Janitoris Scholæ.
PRÆCEPTOR, DISCIPULI, JANITOR.

Theodorus. Habeo gratias, quòd Reverentia Veſtra me janitorem ſcholæ eſſe juſſerit: nullum eſt officium, quod præ hoc malim.

Præceptor. Vide ſis, obeas ſedulò. Quidquid mihi nunciandum eſt, latinè id mihi renuncies, volo.

Theo. Dabo operam.

Balthaſar. Hanc frequentare claſſem illum opinor, quem quærito: pulſabo oſtium.

Theo. Quid tibi vis, Adoleſcens?

Baltha. Veníſtne ad ſcholam hodie Claudius à Kempis?

Theo. Sic exiſtimo.

Baltha. Habeo, quod illi verbo ſignificem: roga Magiſtrum, ne gravetur poteſtatem illi facere egrediẽdi tantisper ſcholâ.

Zwölfftes Geſpräch.
Das Ampt eines Pförtner der Schulen.
Der Lehr-Meiſter / die Schüler / der Pförtner.

Theodorus. Ich ſage danck / daß Euer Ehrwürde mich zum Pförtner der Schulen gemacht hat: es iſt kein Ampt / welches ich lieber haben will als ſelbiges.

Der Lehr-Meiſter.
Alles was du mir haſt anzuzeigen / ſolſt du mir in Latein anzeigen.

Theo. Ich will mich befleiſſen.

Balthaſar. Ich vermeine / daß der in dieſe Schul gehet / welchen ich ſuche: ich will an die Thür klopffen.

Theo. Jüngling was wilſt du haben?

Baltha. Iſt Claudius von Kempen auch heut in die Schul kommen?

Theo. Ich vermeine es.

Baltha. Ich hab ihm ein Wort zu ſagen: begehre vom Lehrer / er möge ihm doch erlauben ein wenig auß der Schulen zu gehen.

Theo. Faciam. Tu hîc interim ſubſiſte, dum rediero.

Theo. Ich will es thuen. Bleibe inzwiſchen ſo lang hier ſtehen / biß daß ich wiederkomme.

Reverende Pater, eſt pro foribus adoleſcens: cupit verbo agere cum Claudio à Kempis, ſi liceat per Reverentiam Veſtram, ut is prodeat.

Ehrwürdiger Vatter / es iſt ein Jüngling vor der Thür: der verlangt ein Wort mit Claudius von Kempen zu reden / wan es Euer Ehrwürden alſo gefallt / daß er außgehe.

Præce. Licet; ſed illi in aurem dicas exeunti, ut brevibus expediat.

Der Lehr-Meiſter. Ich mach es leiden; aber ſag ihm ins Ohr / wan er außgehet / daß er es kurtz abmache.

Theo. Claudi, Magiſter jubet te paucis abſolvere.

Theo. Claudius, der Lehrer gebietet / daß du es kurtz abhandeleſt.

Claudius. E veſtigio hîc adero.

Claudius. Augenblicklich will ich wiederumb hier ſeyn.

Theo. Reverende Pater, æditus deſiderat Miniſtros Sacri.

Theo. Ehrwürdiger Vatter / der Meſſener verlangt Meſſen-Diener.

Præce. Mittantur ſtatuti in hunc diem, & horam. Viſe ad januam, Theodore. Videris mihi ſurdaſter: & tamen quis pepulit ſatis graviter fores.

Der Lehr-Meiſter. Laß gehen die jenige / ſo vor dieſen Tag / und auff dieſe Stund beſtellt ſeynd. Gehe ſehen an die Thür / Theodorus. Mich gedünckt du höreſt übel: es hat dannoch einer hart gnug angeklopffet.

Theo. Adeſt, Reverende Domine, ex tertiâ claſſe neſcio quis.

Theo. Ehrwürdiger Herr / da iſt jemand auß der dritten Schul / ich kenne ihn nit.

Præc. Qua de cauſa interpellat nos?

Theo. Rogat, ut lubeat Reverentiæ Veſtræ interrogare ex Diſcipulis, numquis per plateam repererit epiſtolas Ciceronis ad familiares: num cui hoc pilei redimiculum exciderit: præterea an corneam hanc calamorum thecam quiſpiam amiſerit.

Præc. Quiſquámne horum aliquid amiſit? Renuncia neminem præſentium reperiſſe quidquam hodie, aut amiſiſſe.

Theo. Habe tibi merces tuas: nihil harum ad Grammaticos pertinet.

Profeſſor Rhetoricæ evocat Reverentiam Veſtram, niſi incommodum ſit: habet, quod verbo communicet.

Præc. Refer illi jamjam me adfuturum.

Theo. Mox aderit Præceptor, dictato ſcribendi

Der Lehr-Meiſter. Was iſt ſein Verlangen.

Theo. Er begehret Euer Ehrwürde wölle doch fragen ſeine Schüler ob etwan jemand die Brieff des Cicero an ſeine Freund auff der Gaſſen gefunden hab: ob einem dieſe Hutbind entfallen ſeye: darneben ob einer dieſen Hörninkocher verlohren hab.

Der Lehr-Meiſter. Hat jemand von dieſen Dingen etwas verlohren? Sag ihm/daß keiner auß den Gegenwertigen heut weder etwas gefunden / noch auch verlohren habe.

Theo. Da haſt du deine Wahren: nichts hiervon höret den Schülern der Grammatic zu.

Der Lehrer der fünfften Schulen rufft Euer Ehrwürden / wan es nit ungelegen iſt: er hat ein Wort mit Euer Ehrwürden zu ſprechen.

Der Lehr-Meiſter. Sag ihm/daß ich gleich werde zugegen ſeyn.

Theo. Gleich wird der Lehrer hier ſeyn/ wan er die Materie der Schul-übung

argumento : reſtant paucula.

wird in die Feder geben haben:es iſt nur wenig mehr überig.

Quid hoc rei ? nullus eſt fores pulſandi modus : identidem interpellor.

Was iſt das ? es iſt des Klopffens kein Auffhören: immer werd ich verſtöret.

Benedictus. Eſtne Magiſter intus ?

Benedictus. Iſt der Lehrer darinnen?

Theo. Eſt.

Theo Ja : er iſt da.

Bene. An mihi non liceat illum alloqui ?

Bene. Solt ich ihn nicht mögen anſprechen?

Theo. Neſcio , an illi prodire ſit integrum.

Theo. Ich weiß nit/ ob es ihm gelegen ſey außzugehen.

Bene. Obſecro te, ut illi nuncies me hîc pro foribus conſiſtere.

Bene. Ich bitte dich / ſage ihm / daß hier vor der Thür ſeye.

Theo. Quem virum.

Theo. Wen ſoll ich anmelden?

Bene. Roderici, Diſcipuli ejus Parentem.

Bene. Den Vatter des Rodericus ſeines Schülers.

Theo. Reverende Domine , placétne prodire foras ?

Theo Ehrwürdiger Herr/ gefallt es ihm vor die Thür zu kommen?

Prace. Quis me vult ;

Der Lehrmeiſter. Wer begehret meiner?

Theo. Vir eſt gravis , & honeſtus : venit excuſaturus filium de abſentiâ.

Theo. Ein anſehnlicher / und ehrſamer Mann iſt da : er kommt ſeinen Sohn wegen der Abweſenheit zu entſchuldigen.

Prace. Nôſti illum de facie ?

Der Lehrmeiſter. Kenneſt du ihnen von Angeſicht?

Theo. Non ; verùm de

Theo. Nein ; aber bey ſeinem

nomine: nam ſe ait parentem Roderici.

nem Nahmen: dan er ſagt/ daß er der Vatter iſt des Rodericus.

Theo. Heus, Ambroſi, occlude oſtium ingrediens in ſcholam: intelligis? Non lubet mihi aſſiduò ſurgere: etiam ſcribendo impedior.

Theo. Hola / Ambroſius, mache die Thür zu / wan du in die Schul kommeſt: verſteheſt du ſolches? Ich will nit immer auffſtehen: ich werd auch durchs ſchreiben verhindert.

Ut quid januam pulſaſti, Paule, quaſi externus fores? Quin rectà introibas? familiaris es.

Warumb haſt du an der Thür geklopffet / Paulus. als wan du ein Frembder wäreſt? Warumb kameſt du nit richtig hinein? du biſt hier gantz bekannt.

Paulus. Quî poteram? janua ſera erat obdita.

Paulus. Wie konte ich? die Thür war im Schloß.

Theo. Non erat; ſed peſſulus modò.

Theo Sie ware nit im ſchloß; ſonder der Rigel/ oder Klincke ware nur darfür.

Pau. Anſam vidi, quâ attrahatur janua, non peſſulum.

Pau. Ich hab die Handhabe geſehen mit welcher man die Thür an ſich ziehet/ nit den Rigel/ oder Klincke.

Theo. Eadem eſt anſa, & peſſuli clavis.

Theo. Es iſt eins die Handhabe/ und der Schlüſſel von dem Rigel/ oder Klincke.

Pau. Quo pacto foris hic peſſulus attollitur?

Pau. Wie muß man den Rigel/ oder Klincke von auſſen auffheben?

Theo. Attrahe oſtium leniter te versùs, & deprime capulum.

Theo Ziehe die Thür sanfftlich zu dir/ und trucke die Handhabe nider.

Pau. Ibo foras, ut experiar.

Pau. Ich will hinauß gehen/ und es verſuchen.

Theo. Viden'?

Theo. Siheſt du es?

Pau. Video: hoc omnino commodum.

Pau. Ich ſehe es: dieſes iſt gar gemächlich.

DIALOGUS DECIMUS TERTIUS.

Accuſatio varia Scholaſtica.

PRÆCEPTOR, DISCIPULI.

Blaſius, At, at, ecce nunc capti eſtis: nónne confabulamini?

Clemens. Certè fatemur ingenuè; ſed te quæſo, mi Blaſi, ne velis nos notare.

Bla. Ergo conticeſcite: connivebo. Heus tu! Præceptor adeſt.

Cle. Quid tum?

Bla. Reſpice ad illum.

Cle. Quamobrem?

Bla. Ut ei caput aperias, & venientem ſalutes.

Cle. Sic decet; ſed aliud cogitabam.

Bla. Reverende Domine, admonitione meâ non deſinunt tumultuari.

Præceptor. Quinam authores ſunt turbarum?

Dreyzehendes Geſpräch

Underſchiedliche Schul-klagten.

Der Lehrer / die Schühler.

Blaſius. Ja/ ja / da ſeyd ihr nun ertappet: ſchwetzet ihr da nicht?

Clemens. Ja wir geſtehen es gutwillig; aber ich bitte dich/ lieber *Blaſius*, du wölleſt uns nicht zeichnen.

Bla. So ſchweiget dan: ich will durch die Finger ſehen. Hola! ſtill da. Der Lehrer kommt.

Cle. Was iſt dan dran gelegen?

Bla. Sehe nach ihm umb.

Cle. War zu?

Bla. Damit du ihm das Haupt endeckeſt/ und ihn grüſſeſt / wan er kommt.

Cle. Das iſt billich; aber ich gedachte an etwas anders.

Bla. Ehrwürdiger Herr/ nach allem meinem Ermahnen laſſen ſie gleichwohl nit ab unruhig zu ſeyn.

Der Lehrer. Welche ſeynd die Urheber ſolcher Unruh?

Bla.

Bla. Felix jam inde ab ingreſſu ſuo; nihil aliud, quàm garrivit.

Gregorius ſurſum, deorſum de ſcamnis ſaltitat.

Gregorius. Placétne Reverentiæ Veſtræ, ut reſpondeam?

Prace. Quid dices?

Grego. Felix exturbavit me loco meo, & protruſit cubito, ut de ſcamno deciderem.

Felix. Tu mihi, Gregori, decuſſiſti pileum.

*Bla.*Ità ſe res habet, Reverende Domine: Gregorius prior Felicem adortus eſt.

Prace. Novi ego te, Gregori, quàm ſis petulans: dabis mihi pœnas.

Bla. Clemens mihi minatus eſt verbera, quia notavi petulantem.

Prace. Siccine?

Bla Prodi, inquiebat, à ſcholâ in plateam, im-

Bla. Der Felix hat von der Zeit an/ daß er iſt hineinkommen/ nichts gethan/ dan ſchwetzen.

Der Gregorius ſpringt von den Bäncken auff / und nider.

Gregorius. Beliebet es Euer Ehrwürden/ daß ich antworte?

Der Lehrer. Was wilſt du ſagen?

Grego. Der Felix hat mich auß meinem Orth getrieben/ und mit dem Ehlenbogen geſtoſſen/ daß ich von der Banck fiele.

Felix. Du / Gregorius, haſt mir den Hut abgeſchlagen.

Bla. Es iſt ihm alſo/ Ehrwürdiger Herr: der Gregorius hat den Felix der erſt angefallen.

Der Lehrer. Ich kenne dich/ Gregorius, wie muhtwillig du ſeyeſt: du wirſt es müſſen herhalten.

Bla. Der Clemens hat mir Streich getrohet/ umb daß ich ihn under die außgelaſſene verzeichnet.

Der Lehrer. Gehet es alſo her?

Bla. Komm auß der Schulen auff die Straaß/ ſagte er/ ich will dir Maulſchellen

pingam tibi alapas, omnes dentes labefaciam tibi.

ſchellen geben / alle Zähn will ich dir loß ſchlagen.

Præce. Iſtuc ergo volo ipſum experiri. Ego quoque in ipſum depugnabo, & tentabimus, uter viribus plùs valeat.

Der Lehrer. So will ich dan dieſes erfahren. Ich will auch mit ihm fechten / und ſehen / wer auß beyden ſtärcker ſeye.

Florus. Præceptor, Remigius mihi aſſiduò crines vellicat.

Florus, Lehrmeiſter / der Remigius ziehet mich immer bey den Haaren.

Remigius. Ille à tergo imponit ſcamno pedes, & chlamydem meam calceorum luto contaminat.

Remigius. Er ſetzet ſeine Füß von hinden auff die Bänck / und beſudlet mir den Mantel mit dem Koth ſeiner Schuchen.

Flo. Imò tu, Remigi, rapuiſti è manibus penſum meum, & concerpſiſti.

Flo. Ja du / Remigius, haſt mir meine Schulübung / oder penſum auß den Händen genommen / und zerriſſen.

Remi. Domine! Florus modò conſpuit libros meos, modò atramentum adſpergit ſcripturæ, & fœdat maculis chartas: non finit me momento eſſe quietum.

Remi. Herr! der Florus beſpeyet bald meine Bücher / bald wirfft er Dinten auff meine Schrifften / und beſudlet mein Pappyr: er läßt mir kein Augenblich Ruhe.

Præce. Mox ego adero vobis, & faciam altercandi finem.

Der Lehrer. Gleich werd ich bey euch ſeyn / und dem Zancken ein End machen.

Jacobe, quis tuam ſic ungvibus laceravit faciem? Videris cum felibus concurriſſe.

Jacobus, Wer hat dein Angeſicht mit den Nägelen alſo zerkratzet? Du ſcheſt auß / alß wan du dich mit den Katzen gebiſſen hätteſt.

Jaco. Acceptum id refero Caſpari noſtro.

Jaco. Daß hab ich unſerem Caſpar zu dancken.

Caſpar.

Caſparus. Prior me invaſit: ego me defendi, Domine: pulſabat me, quantùm poterat.	*Caſpar*. Er hat mich der erſt angefallen / ich hab mich verthätiget / Herr er ſchluge mich ſo hart / als er konte.
Jacobus. Equidem jocabar, at ille ſeriò agens dejecit in terram, & alapas impegit ad ſatietatem. Diſtraxit mihi auriculas, miſeris expedit modis.	*Jacobus*. Ich kurtzweillte nur / aber er hat mich in ernſt auff die Erd geworffen / und mir ſo viel Maulſchellen geben / als ihn gelüſtet: er hat mich bey den Ohren gezogen / und jämmerlich mißhaltet.
Præc. O Caſpar, Caſpar! tuam iſtam ſemel compeſcam laſciviam.	**Der Lehrer.** O Caſpar, Caſpar! ich werd dir einmahl deinen Muthwill vertreiben.
Donatus. Raphaël prætereunti Sacerdoti nunquam caput aperit.	*Donatus*, Raphaël ſtehet nimmer auff / wan ein Prieſter vorbey gehet / endecket nimmer das Haupt.
Præc. Quid præterea obſervâſti?	**Der Lehrer.** Was haſt du weiter gemerckt?
Dona. Simon, & Henricus, ùt egreſſi erant templo, ſingulari certamine decertârunt.	*Dona*, Simon, und Henricus, ſo bald ſie auß der Kirchen getretten / haben ſich mit einander geſchlagen.
Præc. Audiamus eventum pugnæ.	**Der Lehrer.** Laßt uns den Außgang des Kriegs hören.
Dona. Ponunt utrimque pallia, & libros humi.	*Dona*. Mäntel / und Bücher legten ſie beyderſeits auff die Erden.
Conſiſtunt altrinſecus: librant brachia, & pugnos.	Stunden gegen einander: ſie huben die Armb / und Fäuſt auff.
ſinè morâ involârunt, & ſe invicem pugnis ceciderunt.	Fielen augenblicklich ein ander an / und ſchlugen ei nander mit Fäuſten.

Circumfluunt pueri, ſucclamant: riſus tollitur inconditus: turbæ fiunt mirabiles.

Præce. Uter victoriâ potitus eſt.

Dona. Uterque multatus eſt probè. Simon è naribus cruorem emiſit: Henricus oculum plagis lividum accepit.

Præce. Bellè! Meæ nunc ſunt partes, ut pacem conciliem.

Dona. Ludicra fuit velitatio, Præceptor: non agebatur de capite.

Præce. Nec in ſcholâ agetur de capite; verùm de parte diverſâ.

Benedictus. Redde mihi meum Ciceronem, Chriſtophore.

Chriſtophorus. Quem Ciceronem repetis?

Bene. Meum: abſtruſiſti quopiam.

Chriſtopho. Hodie nunquam vidi.

Bene. Imò clàm ſurripuiſti.

Chriſto. Domine, ait Be-

Die Kinder lieffen allenthalben hinzu: ſie ſchriehen laut: es gab ein ungereimbtes Gelächter/ und wunderſames Getöß.

Der Lehrer. Wer auß beyden hat den Sieg erhalten?

Dona. Sie ſeynd beyde wohl bezahlt worden. Der Simon hat auß der Naſen Blut geſchwitzet: der Henricus hat ein blau Aug darvon getragen.

Der Lehrer. Daß iſt wohl! Nun ſteht es mir zu/ daß ich Fried mache.

Dona. Es ware nur ein Spielgefecht/ Lehrmeiſter: betraffe den Halß nit.

Der Lehrer. Es ſoll auch in der Schulen nicht den Halß; ſonderen einen gantz anderen Theil betreffen.

Bene. Gib mir meinen Cicero widerumb/ Chriſtophorus.

Chriſtophorus. Was vor einen Cicero wilſt du haben?

Bene. Meinen: du haſt ihn iergend woh verſtochen.

Chriſtopho. Ich hab ihn heut nit geſehen.

Bene Du haſt ihn ja doch heimlich hinweg genomen.

Chriſto. Herr/ der Benedictus

dictus me ſibi furto abſtuliſſe Ciceronem.

Præc. Feciſti, nec ne?

Chriſto. Hoc ut fecerim? Malim egere indignè, quàm clepere.

Bene. Fabulæ: idem nuper furatus mihi eſt chartam de capſulâ: deprehendi in facinore.

Chriſto. Mutuabar modò, aliam deinde reſtitui.

Præce. Jacebit ſub ſcamno, de quo ligatis Cicerone.

Bene. Inveſtigavi, non invenio.

Præce. Excute pallium, & peram: aliunde excidet.

Chriſto. En jacet ante pedes, Præceptor. Nempe ego abſtuleram? Agam injuriarum.

Natalis. Scíne, Gratiane, ſcribis penſum in ſcholâ?

Gratianus. Quid tuâ id refert?

dictus ſagt/ daß ich ihm den Cicero geſtohlen hab.

Der Lehrer. Haſt du es gethan/ oder nit?

Chriſto. Solt ich das gethan haben? Ich will lieber Mangel leiden/ als ſtehlen.

Bene. Es ſeynd nur eitele Wort: er hat mir auch neulich auß meiner Tafel Papyr geſtohlen: ich hab ihn auff friſcher That ertappet.

Chriſto. Ich hab es nur gelehnet/ darnach hab ihm anderes an die ſtatt gegeben.

Der Lehrer. Der Cicero, umb welchen ihr zancket/ wird unden der Bancken liegen.

Bene. Ich hab geſucht/ ich hab ihn nicht gefunden.

Der Lehrer. Schütte deinen Mantel/ und Sack auß: er wird wohl iergendwoh heraußfallen.

Chriſto. Sihe da ligt er vor den Füſſen/ Lehr-Meiſter. Iſt dieſer dan/ welchen ich geſtohlen hatte? Ich will dich der Unbild beſchuldigen.

Natalis. Alſo/ Gratianus? ſchreibeſt du die Ubung/ oder das penſum, in der Schulen?

Gratianus. Was gehts dich an?

Nata. Juſſus ſum obſervare vicinos: deferam te ad Præceptorem.

Gra. Id ego curo ſcilicet: i, curre; tamen non feceris impunè.

Nata. Neque has minas adeò Magiſtrum celavero.

Gra. Dic, quidquid in buccam venerit, non laboro.

Martinus. Decuriæ noſtræ Præfectus notavit me ſigno ignorantiæ.

Vitus. Meritò: ad ſingulos verſus hæſitas.

Marti. Imò non ampliùs bis me fefellit memoria.

Vi. Certabo quovis pignore, ignorare te, ſic Magiſter arbiter.

Præce. Quid deponis, Vite, ſi citrà errorem reddiderit?

Vi. Ego pro illo luam.

Præce. Dura conditio; ſed quid ſi cauſâ cadas?

Vi. Equidem ſtabo conventis.

Nata. Ich bin beſtellt auff meine Nachbauren acht zugeben / ich will dich beym Lehrer verklagen.

Gra. Hierüber bin fürwahr ſehr bekummert: geh / lauff hin; du wirſt es doch nit umbſonſt thuen.

Nata. Dieſe deine Tröhwort werd ich ſo gar dem Lehrer nit verſchweigen.

Gra. Sag / was dir in Mund komt ich gib nichts drumb.

Martinus. Der erſte unſerer Ordnung hat mich als einen Unwiſſenden gezeichnet.

Vitus. Recht / und billig: du bleibeſt in einer jeglichen Linien ſtecken.

Marti. Ich hab nur zweymahl gefehlet.

Vi. Ich will wetten warumb du wilſt / daß du ſie nit wiſſeſt: der Lehrer ſoll Richter ſeyn.

Der Lehrer. Was wilſt du verliehren / *Vitus*, wan er ſie ohne Fehl wird auffſagen?

Vi. Ich will für ihn die Straaff außſtehen.

Der Lehrer. Ein harter Vertrag; aber wan du den Handel verliehreſt?

Vi. Ich will mein Verſprechen halten.

Præc.

Præce. Periclitemur.

Der Lehrer. Laſt es uns erfahren.

DIALOGUS DECIMUS QUARTUS.

Petitur facultas ad varia.

Vierzehendes Geſpräch.

Es wird Erlaubnüß zu underſchiedlichen Sachen begehret.

PRÆCEPTOR, FAUSTUS, JUVENALIS, CONRADUS.

Der Lehrer / FAUSTUS, JUVENALIS, CONRADUS.

F*Auſtus.* Reverende Domine, pudet me toties admoneri de garrulitate: cupio deinceps taciturnus eſſe in ſcholâ, ſiquis alius; ſed unum oro Reverentiam Veſtram.

F*Auſtus.* Ehrwürdiger Herr/ es ſchämt mich/ daß ich ſo offt wegen des ſchwetzens ermahnet werde: ich will forthin in der Schulen ſtillſchweigen / wie der beſte; aber umb eins bitte ich Euer Ehrwürden.

Præce. Quid illud, Adoleſcens?

Der Lehrer. Was iſt das/mein Jüngling?

Fau. Ut mihi liceat mutare locum cum quovis alio.

Fau. Daß ich meine Platz mit einem anderen / wer es auch immer ſeye/veränderen möge.

Præce. Locum; non ingenium mutabis, ût conjicio.

Der Lehrer. Du wirſt zwarn die Platz; aber nit deine Natur/ oder Neigung/ wie ich mir einbilde/ änderen.

Fau. Confirmo fore, ut ſecùs eveniat. Nunc aſſideo Emmanueli illi: puer eſt inquietus; identidem me irritat: modò

Fau. Ich verſpreche/ daß es anders ſoll außſchlagen/ Jetz ſitze ich bey dem Emmanuel: er iſt ein unrühiges Kind; allemahl reitzet er mich an:

hoc, modò illud inſuſurrat ad aures.

an: bald wiſpelet er mir dieß/ bald ein anders in die Ohren.

Præce. Simula te indignari, deſinet.

Der Lehrer. Stelle dich unwirſch / er wird auffhören.

Fau. Nequaquam: collocet me Reverentia Veſtra, ubi placuerit; modò ne propè Emmanuelem: obmuteſcam illico, & pendebo ab ore Magiſtri docentis.

Fau. Keines Wegs nicht: ſetze mich Euer Ehrwürde woh es ihm immer wird gefällig ſeyn; nur allein nit bey dem Emmanu l. ich will von Stund an ſchweigen / und fleißiglich acht geben auff das / was der Lehrer ſagen wird.

Præce. Tentabo.

Der Lehrer. Ich will es verſuchen.

Juvenalis. Licétne per Reverentiam Veſtram, ut à meridie provocem adverſarium ad diſputandum *de Præteritis Verborum*, *de Nominum Comparatione*, & in exponendis adagiis?

Juvenalis. Geliebet es Euer Ehrwürden daß ich dieſen Nachmittag meinen Gegener auffzuffe umb zu diſputiren von den Præteritis, und Supinis Verborum, von Comparatione der Nominum, und in Außlegung der Sprüchwörter.

Præce. Quod pretium vis eſſe victori?

Der Lehrer. Was ſoll der Obſieger haben?

Juve. Depono notas diligentiæ ex parte Romanâ viginti: opponat ille, ſi auſit, totidem.

Juve. Ich ſetze zwantzig Zeichen des Fleißes von Seiten der Römer: ſetze er auch ſo viel hingegen/ wan er luſt hat.

Præce. Faciam tibi provocandi poteſtatem.

Der Lehrer. Ich will dir Erlaubnüß geben ihn auffzuruffen.

Juve. Inſuper Principem diligentiæ ad certamen

Juve. Darneben ruffe ich auff den erſten/ oder fleiſſigſten

provoco, ut ipſum excludam loco. Diutius, quàm pati poſſim, tam honorifico potitur ſolio.

ſten ſein Platz zu gewinnen. Er beſitzet länger einen ſo ehrlichen Orth / als ich leiden kan

Præce. Videsis, ne utrimque ſpe excidas. Alterum è duobus laceſſe: nam qui duos inſectatur lepores, neutrum capit.

Der Lehrer. Sehe wohl zu/daß du nicht beyder ſeits die Hoffnung verliereſt: greiffe einen auß beyden an: dan der zween Haaſen nachjaget/fängt keinen.

Conradus. Placétne tibi, Reverende Domine, ut conveniam Patrem Præfectum

Conradus. Beliebet es Euer Ehrwürden / daß ich zum Vorſteher der Schulen gehe?

Præce. Ubinam eſt?

Der Lehrer. Woh iſt er?

Conra. In areâ modò erat, vel inambulat cum Magiſtro Poëſeos in porticu.

Conra. Er ware noch gleich auff dem Platz/oder er ſpatzieret mit dem Lehrer der vierten Schulen; oder der Dicht-Kunſt unter dem Schopffen.

Præce. Quid illi habes dicere?

Der Lehrer. Was haſt du ihm zu ſagen?

Conra. Herì veſperì audivi ejus nomine cauſidicum quempiam nobis vicinum, deſtinaturus epiſtolam: nunc illi reſponſum referam, ſi placeat.

Conra. Geſtern Abend hab ich in ſeinem Nahmen einen Brieff getragen zu einem Rechts-Gelehrten: jetz will ich ihm Antwort bringen / ſo es Euer Ehrwürden gefällig iſt.

Præce. Placet.

Der Lehrer. Gehe.

Fau. Placétne Reverentiæ Veſtræ mihi facere poteſtatem recurrendi domum? quàm mox revertar.

Fau. Euer Ehrwürde beliebe mir Erlaubnüß zu geben nacher Hauß zu gehen: ich will gleich wiederkommen

***** *Præce.*

Præc. Quid te urget?

Fau. Excidit mihi ſcripturam adferre, & penſum.

Præc. Suſpicor te alterum exemplum thematis non deſcripſiſſe.

Fau. Salvâ pace tuâ, Domine, deſcripſi hodie, primo mane. Seposueram dum exſiccarentur characteres, deinde non memini recondere in capſam. Det veniam Reverentia, imprudens feci.

Præc. Atqui ego prudentem te faciam, & memorem.

Fau. Si unquam poſthac, non recuſo ſupplicium.

Præc. Sed revertere è veſtigio.

Fau. Sinè morâ hîc adero.

Conra. Reverende Domine, cùm non ità pridem commodâſſem aulæa, & argentea candelabra ad exornandum ſacellum ſo-

Der Lehrer. Was treibt dich?

Fau. Ich bin vergeſſen meine Schrifft mitzubringen/ und das *penſum*, oder Schul-übung.

Der Lehrer. Ich argwohne/ daß du dein *penſum*, oder Schulübung zum anderenmahl nicht habeſt abgeſchrieben.

Fau Vergib mir / mein Herr / ich habs heut frühe abgeſchrieben. Ich hatte es hinweg gelegt / biß daß die Buchſtaben außtrocknēten / darnach hab ichs nicht gedacht in meine Tafel zu thuen. Euer Ehrwürde wölle mir vergeben/ ich habs ohnwiſſend gethan.

Der Lehrer. Ich will dich fürſichtig/ und bedachtſam machen.

Fau Wan es noch eins geſchicht/ ſo bin ich bereit geſtrafft zu werden.

Der Lehrer. Gehe hin; aber komme alsbald widerumb.

Fau. Gleich werd ich widerumb hier ſeyn.

Conra. Ehrwürdiger Herr/ da ich ohn längſt unſere Tapeten/ und ſilberne Leuchteren die Capell. der Bruderſchafft zu zieren gelehnet/ hat mir Euer Ehrwürde

dalitatis pollicita eſt mihi Reverentia Veſtra ſingularem immunitatem: licétne ut hodie fruar?

Præce. Quid poſtulas immunitatis?

Conra. Ut liber ſim à ſcriptione cras reddendâ.

Præce. Et æquum tu poſtulas, & ego cupio ſtare promiſſis. Eſto immunis.

Conra. Quoniam cœpit eſſe benigna Reverentia Veſtra, fac mihi ampliſſimam, quæſo, gratiam.

Præce. Quid amplius expetis.

Conra. Ut merear & à penſo liberari: deſcribendus eſt mihi græcè Decalogus.

Præce. Exorabo tibi, ut confido, apud Magiſtrum tuum immunitatem. Liber eſto.

Conra. Habeo gratiam: ſicubi deinceps opera mea uſui fuerit Reverentiæ Veſtræ, exhibebo me promptiſſimum.

Præce. Non repudio.

würde ein beſondere Freyheit verſprochen: darff ich ſie heut genieſſen;

Der Lehrer. Was vor ein Freyheit verlangeſt du?

Conra. Daß ich möge befreyet ſeyn von der Schrifft ſo wir morgen bringen müſſen.

Der Lehrer. Du begehreſt ein billiches/ und ich will auch mein Verſprechen halten. Du ſolt frey ſeyn.

Conra. Weilen Euer Ehrwürden angefangen freygebig zu ſeyn/ſo bitte ich umb ein völlige Gnad.

Der Lehrer. Was verlangeſt du weiter?

Conra. Daß ich auch möge befreyet ſeyn von dem penſo, oder Schulübung: ich muß die Zehen Gebott auff Griechiſch ſchreiben.

Der Lehrer. Ich hoffe dir bey deinem Lehrmeiſter dieſe Gnad zu erhalten. Sey frey.

Conra. Ich bedancke mich: wan ich hinführo Euer Ehrwürden werd weiter dienen können/ will ich mich allezeit bereit erzeigen.

Der Lehrer. Ich verwerffe es nit.

Fau. Reddat mihi, obſecro, Reverentia Veſtra crepundia illa, hiſce diebus mihi erepta.

Fau. Ich bitte Euer Ehrwürde wölle mir mein Spielwerck widergeben/ ſo mir dieſer Tägen ſeynd abgenommen.

Præc. Non eò eripui, ut mox reſtituam.

Der Lehrer. Ich hab ſie darumb nit hinweggenommen/daß ſie gleich wolte widergeben.

Fau. Fateor me violâſſe mandatum Præceptoris, cùm in ſcholam intuli: poſthac nunquam importabo.

Fau Ich geſtehe/ daß ich wider das Gebott des Lehrers gehandelt hab: indem ich ſie in die Schul hineingebracht: hinführo will ich ſie nim[illegible]bringen.

Præc. Quas autem res repetis?

Der Lehrer. Was vor Gezeug aber begehreſt du wider?

Fau. Reddat mihi, quæſo, Reverentia Veſtra bombyces meos; metuo, ne moriantur fame: globulos: ſunt inter eos marmorei tres, quatuórve: forficem: non eſt meus; ſpectat ad ſororem: deinde imagines, libellum, cultellos.

Fau. Ich bitte Euer Ehrwürde wölle mir widergeben meine Seydenwürm: mich forchtet/ ſie ſterben vor hunger: meine Knicklen: es ſeynd under ihnen zwey/ oder drey Marmelſteine: die Schere: ſelbige iſt nicht mein; ſondern meiner Schweſter: darneben die Bilder/ das Büchlein/ und die Meſſerlein.

Præc. Hodie recipies quidem; at ſi te unquam aliàs attuliſſe deprehendero, extremùm tunc videbis.

Der Lehrer. Heut ſolſt du ſie zwarn widerbekommen; aber wan ich noch eins erfahren werd/ daß du ſie mitgebracht habeſt / ſo wirſt du ſelbige nie mehr ſehen.

Fau. Cavero theſau-

Fau. Ich werd mich hüten

rum hunc exponere præſenti periculo.

Juve. Reverende Domine, placétne pauliſper nobis dare clavem ſcholæ? omiſimus ſaccum librorum, cùm exibamus inſervituri ſacro.

Præc. Obliviosi! juſſeram, unà vobiſcum ad ſacrarium adferretis.

Juve. Excidit nobis præ feſtinatione. Jam jam referemus.

Ecce clavem, Obſervande Domine. Licétne per Reverentiam Veſtram, ut nos conferamus domum? jam Miſſæ ſacrificio interfuimus.

Præc. Hac lege, ut nè per plateas tergiverſemini.

Juve. Rectà domum properabimus.

Conra. Reverentia Veſtra præeſt Sodalitati Angelorum: jamdiu eſt, cùm & ego optavi eſſe de numero ſodalium; placétne me hodie recipere in ſodalem?

ten einen ſolchen Schatz ferner in augenſcheinliche Gefahr zu ſetzen.

Juve. Ehrwürdiger Herr/ beliebet es ihm uns ein geringe Zeit den Schlüſſel von der Schulen zu geben? wir haben unſeren Schulſack vergeſſen/ da wir ſeynd außgangen die Meß zu dienen.

Der Lehrer. O ihr Vergeßliche! ich hatte ja befohlen ihn in die Sacriſtey mit zu nehmen.

Juve. Auß Eil ſeynd wir es vergeſſen. Wir werden ihn alsbald widerbringen.

Sihe / Ehrwürdiger Herr / da iſt der Schlüſſel. Beliebet es Euer Ehrwürden / daß wir uns nacher Hauß begeben? wir haben ein Meß gehöret.

Der Lehrer. Mit dem Beding/daß ihr nit auff der Gaſſen kleben bleibet.

Juve. Wir werden ſchnur gerad nacher Hauß eilen.

Conra. Euer Ehrwürde ſeynd Vorſteher der Bruderſchafft von den Schutz-Engelen: ſchon vorlängſt hab ich gewünſcht darein zu ſeyn; Euer Ehrwürde beliebet mich Heut zu einem Mit-Bruder auffzunehmē.

Præce. Quales mihi mores polliceris in poſterum.

Conra. Quales exigunt leges ſodalium, ùt ſpero.

Præce. Ampla promiſſa! mereris, ut nomen tuum referam in album ſodalium, & referam Dominico die proximè inſtante.

Conra. Licétne, ùt illo die conveniam unà cum ſodalibus reliquis?

Præce. Per me licet.

Fau. Nequeo diutius niti genibus, Obſervande Domine, placétne mihi poteſtatem facere ſedendi in ſcamno?

Præce. Nè unius quidem Sacri ſpatio potes genibus incumbere? Quid tibi obſtat?

Fau. Herì procidi in genua inter ludendum: alterum genu graviter offendi.

Cecidi domi de ſcalis: impegi tibiam in gra-

Der Lehrer. Was für Sitten verſprichſt du mir hinführo?

Conra. Solche wie es die Satzungen der Bruderſchafft erforderen / wie ich hoffe.

Der Lehrer. Ein ſtattliches Verſprechen! du verdieneſt under die Zahl der Mit-Brüder gezehlt zu werden / und ich will dich einſchreiben am näheſt künfftigen Sontag.

Conra. Mag ich mich alsdan auch bey den anderen Mit-Brüderen einfinden laſſen?

Der Lehrer. Ich bins zu frieden.

Fau. Ich kan nit mehr auff den Knien ſitzẽ/Ehrwürdiger Herr/beliebt es ihm mir Urlaub zu geben auff der Banck zu ſitzen.

Der Lehrer. Vermagſt du nit die Zeit einer Meſſen zu knien? Was verhindert dich?

Fau. Geſtern bin ich under dem Spielen auff die Knie gefallen: das eine hab ich gröblich verletzet.

Ich bin zu Hauß von der Leiter gefallen: ich hab das Schinbein geſtoſſen gegen die

dum læſi me ad ſanguinem.

Deficiunt me vires in genua ſubſidentem: Pater, placétne, ut ſedeam?

Præce. Quid ità?

Fau. Metuo, ne linquar animo: ſentio vertiginem capitis: labore ex inteſtinis: malè habet ſtomachus: dolet caput.

Juve. Licétne per Reverentiam Veſtram, ut eam confeſſurus de peccatis?

Præce. Quid rogas?

Juve. Placétne Reverentiæ Veſtræ mihi copiam facere confitendi peccata?

Præce. Herì Litaniarum tempore id factum oportebat.

Juve. Sic & conſuevi; ſed Sacerdos, qui mihi eſt à confeſſionibus, herì aberat domo: vacabat ſedile.

Conra. Placétne, Obſervande Domine, ut accedam ad ſuſcipiendum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum?

Placétne mihi facere

die Staffelen / und hab mich biß auffs Blut verletzet.

Ich hab keine Kräfften gnug länger zu knien. Geliebet es ihm / Vatter / daß ich mich ſetze?

Der Lehrer. Warumb?

Fau. Mich förchtet ich werde in ein Ohnmacht fallen: ich ſpüre den Schwindel: der Bauch thuet mir weh: der Magen iſt übel geſtellet: ich hab Hauptſchmertzen.

Juve. Beliebet es Euer Ehrwürden / daß ich Beichten gehe?

Der Lehrer. Was begehreſt du?

Juve. Beliebt mir Euer Ehrwürden Urlaub zu geben / daß ich beichten gehe?

Der Lehrer. Geſtern under der Litanie hätte ſolches geſchehen ſollen.

Juve. Dieſes bin ich auch gewohnt zu thuen; aber mein Beichts-Vatter ware geſtern nicht zu Hauß: der Beichtſtuhl ſtunde lär.

Conra. Beliebet es ihm / Ehrwürdiger Herr / daß ich hingehe / das Hochheilige Sacrament des Altars zu empfangen?

Euer Ehrwürde erlaube

poteſtatem communicandi Corpori Domini.

Prac. Accedes finito ſacro: non enim jam diſtribuitur Corpus Domini. Interea temporis ad epulum iſtud Divinum animum compara.

Fau. Utinam placeat Reverentiæ Veſtræ dare mihi veniam, ut abſim cras manè à ſcholâ! Eundum mihi eſt rus cum Parentibus.

Prac. Siquidem mihi videbitur.

Fau. Omnino, ſiquidem probet Reverentia Veſtra.

Prac. Tempori venies à ſacro.

Fau. Bonâ tuâ venia, Pater: proficiſcemur ſummo mane, ùt primùm pandentur urbis portæ.

Prac. Quò cogitatis?

Fau. In villam noſtram, in pago illo celebrantur paganalia.

Prac. Quando redibis?

mir den Fronleichnam unſeres Herren zu genieſſen/ oder zu Communicieren.

Der Lehrer. Du ſolſt nach der Meſſen gehen: dan der Leichnam des Herren jetz nicht wird außgetheilt. Mittler Zeit bereite dich wohl zu dieſem Göttlichen Gaſtmahl.

Fau. Ach daß Euer Ehrwürde mir Erlaubnüß gäbe Morgen auß der Schulen zu bleiben! Ich muß mit meinen Elteren über Feld gehen.

Der Lehrer. Wan ich es werd vor Gut beſinden.

Fau. Ja freylich / wan Euer Ehrwürde es vor gut anſehet.

Der Lehrer. Du wirſt zeitlich gnug nach der Meſſen kommen.

Fau. Mit Erlaubnüß/ Ehrwürdiger Vatter: wir werden abziehen gleich Morgens Frühe/ ſo bald die Statt-Pforten werden auffgehen.

Der Lehrer. Wo gedenchet ihr hinzugehen?

Fau Nach unſerem Meyerhoff/ in ſelbigem Dorff iſt es Bauren Kirchweihe.

Der Lehrer. Wan wirſt du widerkommen?

Fau.

Fau. Craſtino veſpere in urbe ero, perendie manè in ſcholâ.

Fau. Morgen abend werd ich in der Statt ſeyn / übermorgen frühe in der Schulen.

Praec. Abi; ſed inter ruſticos eſto ſapiens.

Der Lehrer. Gehe hin; aber ſey verſtändig under den Bauren.

Conra. Cras, Reverende Domine, non potero frequentare ſcholam: nè gravetur me excuſare.

Conra Ehrwürdiger Herr / ich werd morgen nit können in die Schul kommen: ich bitte / er wölle mich doch entſchuldiget haben.

Praec. Quid impediet?

Der Lehrer. Was wird dich verhinderen?

Conra. Ex Medici judicio ſumenda mihi potio medica ad purgandum corpus. Tentatus fui febriculâ híſce diebus: medicinam adhibebo, ut obſtem principiis.

Conra. Nach Räth des Artzens ſoll ich morgen einen Tranck nehmen den Leib zu reinigen. Ich hab dieſer Tagen ein Anſtoß vom Fieber gehabt: ich will Artzeney gebrauchen dem Anfang zuzukommen.

Praec. Num tibi aliquando aperta fuit vena?

Der Lehrer. Haſt du wohl mehr Ader gelaſſen?

Conra. Imò, nudius tertius.

Conra. Ja / noch vorgeſteren.

Praec. Abſis, per me licet, & valetudinem cura diligenter.

Der Lehrer. Ich bin zufrieden / bleibe auß / und nehme deine Geſundheit fleiſſig in acht.

Juve. Reverende Domine, remittit me Parens ad Reverentiam Veſtram, & rogat, ut liceat mihi abeſſe à ſcholâ hodierno die, & craſtino.

Juve. Ehrwürdiger Herr / mein Vatter ſchicket mich zu Euer Ehrwürden / und begehret / daß ich heut / und morgen möge auß der Schulen bleiben.

Præc. Quid cauſæ adfers?

Juve. Cùm nuper Pater meus decumberet oppreſſus gravi morbo, Mater mea peregrinationem vovit Hallas Deiparæ, ſi Pater convaleſceret: convaluit, Deo ſit gratia, defunctus extremo diſcrimine: Hodie perſolvet Mater votum, quod nuncupavit: ipſam comitaturus ſum, ſi mihi, Domine, placeat facere poteſtatem.

Præc. Suſpicor te hanc veniam à Matre lacrymis extorſiſſe.

Juve. Nequaquam, Pater: jam in procinctu ſtabam venturus ad ſcholam, cùm ultrò me acceſſit Parens, & hac ipsâ de cauſâ me ablegat ad Reverentiam Veſtram.

Præc. Ibis ſed redux factus exhibebis à Parente ſuper hac re teſtimonium.

Juve. Exhibebo.

Præc. Ad aram Virginis Matris fac noſtrî memineris.

Juve. Spondeo, Pater, in méque recipio.

Der Lehrer. Was Urſach bringſt du für?

Juve. Als mein Vatter neulich ſehr gefährlich kranck lage/ hat mein Mutter Unſer Lieben Frauen zu Hall ein Bittfart verlobt/ wann mein Vatter wider thäte geneſen. Gott ſey lob / er iſt der euſerſten Gefahr entrunnen. Heut wird meine Mutter ihr gethanes Gelübd ablegen: ich ſoll ihr das Geleyt geben/ ſo mir Euer Ehrwürde es beliebt zu erlauben.

Der Lehrer. Ich muhtmaſſe du habeſt dieſe Erlaubnuß von deiner Mutter durch dein Weinen erpreſſet.

Juve. Im wenigſten nicht/ Ehrwürdiger Vatter: jetz ware ich gerüſt nach der Schulen zu kommen/ ſihe da rufft mich mein Vatter/ und ſendet mich dieſer Urſachen halber zu Euer Ehrwürden.

Der Lehrer. Du kanſt gehen; aber bey deiner Widerkunfft ſolſt du mir hierüber ein Zeugnüß bringen von deinem Vatter.

Juve. Ich will es thuen.

Der Lehrer. Seye meiner Eingedenck vor dem Altar Unſer Lieben Frauen

Juve. Ich verſpreche es Euer Ehrwürden/ und nehme es über mich. DIA-

DIALOGUS DECIMUS QUINTUS.

Formula diſputantium Græcè.

BASILIUS, AMBROSIUS.

Baſilius. Unde incipiendum eſt?

Ambroſius. A ſigno ſanctæ Crucis.

Baſi. Forma.

Ambro. In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti, Amen.

Baſi. Non rectè formavit.

Ambro. Forma tu rectiùs.

Baſi. Quo præmio certabimus?

Ambro. Pro loco, imagine, honore.

Baſi. Valde bene, ad libitum tuum. Incipiamus: claude librum.

Ambro. Propone quæſtionem. Interroga.

Baſi. Quotæ declinationis eſt, φιλία?

15tes Geſpräch.

Eine Weiſe auff Griechiſch die Warheit zu erläuteren/oder diſputiren.

BASILIUS, AMBROSIUS.

Baſilius. Πόθεν ἀρκτέον;

Ambroſius. Ἀπὸ τοῦ σημείου τοῦ ἁγίου σταυροῦ.

Baſi. Μόρφωσον.

Ambro. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀμήν.

Baſi. Οὐκ ὀρθῶς ἐμόρφωσε.

Ambro. Μόρφου σὺ ὀρθοτέρως.

Baſi. Τίνι τιμίῳ ἀγωνισόμεθα;

Ambro. Ὑπὲρ τοῦ τόπου, εἰκόνος, τιμῆς.

Baſi. Εὖ μάλα κατὰ δυκοῦν σου, ἐξαρχώμεθα· πτύσσε βιβλίον.

Ambro. Ἐπιθὲς ἐρώτησιν. πυθοῦ.

Baſi. Πόσης κλίσεως ἐστι, φιλία;

Ambr.

Ambro. Eſt nomen ſecundæ Declinationis.

Baſi. Profer nomen primæ Declinationis, tertiæ, quartæ, quintæ.

Ambro. Da mihi nomen unius generis, duorum generum, trium generum: neſcis? cupis doceri.

Baſi. Exſpecta, impedis clamando.

Ambro. Erraſti.

Baſi. Corrige: declina φιλία: quomodo habet in dativo?

Ambro. φιλίᾳ.

Baſi. Præpone articulum.

Ambro. Τῇ φιλίᾳ.

Baſi. Quomodo ſcribitur? quid moraris? dubitas?

Ambro. Dicam, ſed interpellas loquentem. ſcribitur φιλίᾳ per α ſubſcribens jota.

Baſi. Vicini indicarunt illi.

Ambro. Nequaquam.

Baſi. Certè quidem.

Ambro. Ἐς' ὄνομα δευτερόκλιτον.

Baſi. Πρόφερε ὄνομα πρωτόκλιτον, τριτόκλιτον, τεταρτόκλιτον, πεντόκλιτον.

Ambro. Δός μοι ὄνομα μονογενὲς, ², τριγενές. ἀγνοεῖς; θέλεις διδάσκεσθαι;

Baſi. Προσδόκα· ἐμποδίζεις τῷ κραυγάσαι.

Ambro. Ἥμαρτες.

Baſi. Ἐπανόρθε, Κλῖνε φιλία· πῶς ἔχει ἐν τῇ δοτικῇ;

Ambro. Φιλίᾳ.

Baſi. Πρόταττε τὸ ἄρθρον.

Ambro. Τῇ φιλίᾳ.

Baſi. Πῶς γράφεται; τί διαμέλλεις; ἀπορεῖς;

Ambro. Λέξω, ἀλλὰ παρενοχλεῖς λέγοντι. Γράφεται φιλίᾳ διὰ α ὑπογράφοντος ι.

Baſi. Οἱ πλησίον ὑπέμνησαν ἐκείνῳ.

Ambro. Μηδαμῶς.

Baſi. Πάνυ μέν.

Ambr.

Ambro. Minimè.

Baſ. Omnino, audiêrunt omnes.

Ambro. Tace, errâſti, correxi, notetur.

Baſ. Interpretare mihi hæc Πάντα βλέπει ὁ Θεός. Citò reſponde.

Ambr. Neſcio. corrige.

Baſ. Omnia videt Deus.

Ambro. Examinas ultrà, quàm oportet. quieſce, reſponde & tu: conjuga Τυγχάνω, in tempore perfecto indicativi modi.

Baſ. Caret.

Ambro. Quare?

Baſ. Quia in ανω deſinentia non conjunguntur extra Imperfectum, Tempora aliunde accipiunt. Quomodo differunt τῷ αἰνείᾳ, & ὦ αἰνεία?

Ambro. Diſtinguo, diſtinguendum eſt.

Baſ. Diſtingue.

Ambro. Finis eſt, quis vicit?

Ambro. Ἥκιστα.

Baſi. Παντάπασι, ἤκουσαν ἅπαντες.

Ambro. Σίγα, ἥμαρτες, ἐπανώρθωσα· σημειούσθω.

Baſi. Ἑρμήνευέ μοι ταῦτα, Πάντα βλέπει ὁ Θεός. Ταχέως ἀποκρίνου.

Ambro. Ἀγνοῶ· ἐπανόρθου.

Baſi. *Omnia videt Deus.*

Ambr. Ἐξετάζεις παρὰ τοῦ δέοντος, ἡσύχαζε, ἀποκρίνου καὶ σύ. Συζύγει Τυγχάνω, ἐν χρόνῳ παρακειμένῳ τῆς ἐγκλίσεως ὁριστικῆς.

Baſi. Στερεῖ.

Ambro. Διὰ τί;

Baſi. Διότι τὰ ἐν ανω ἀπολήγοντα οὐ κινεῖται ἔξω παρατατικοῦ χρόνους, ἀλλαχόθεν λαμβάνει. Πῶς διαλλάττει τῷ αἰνείᾳ, καὶ ὦ αἰνεία;

Ambro. Διακρίνω, διακριτέον.

Baſi. Διάκρινε.

Ambro. Τέλος ἐστί. τίς ἐνίκησε;

Baſil.

Baſi. Ego tribus numeris.

Baſi. Ἐγὼ τρισὶν ἀριθμοῖς.

Ambro. Quo modo? non eſt poſſibile.

Ambro. Τίνα τρόπον; ἀδύνατόν ἐστι.

Baſi. Tace: vicerunt Romani, Byzantini inferiores ſunt, Ambroſius victus eſt.

Baſi. Σιώπα. ἐνίκησαν Ῥωμαῖοι, Βυζαντῖνοι ἐλάττονες. Ἀμβρόσιος ἥττηται.

DIALOGUS DECIMUS SEXTUS.
Formulæ diſputantium latinè.

16tes Geſpräch.
Ein Weiſe auff Latein die Warheit zu erläuteren/oder zu diſputieren.

PETRUS, PAULUS.

PETRUS, PAULUS.

PEtrus. Unde diſputatio inchoanda eſt?

PEtrus. Wo von müſſen wir die Erläuterung anfahen?

Paulus. A ſigno ſanctæ Crucis.

Paulus Vom Zeichen des heiligen Creutz.

Pe. Forma ſignum ſanctæ Crucis.

Pe. Mache das Zeichen des heiligen Creutz.

Pau. Formato tu pariter.

Pau. Mache du es im gleichen.

Omnes. In nomine Patris, &c.

Alle. In Nahmen des Vatters/ꝛc.

Pe. Exhibe arma pietatis.

Pe Zeige die Waffen der Andacht.

Pau. En roſarium, en libellum precum. Tu ipſe deſtitutus es.

Pau. Sihe da den Roſenkrantz /und Bettbüchlein. Du haſt ſelbſt keine.

Pe. Nequaquam.

Pau. Agedum profer, dixin' verum? caret roſario.

Pe. Ecce tibi, decadem habeo.

Pau. Cares quæſtionibus?

Pe. Imò habeo, ad quas ægrè reſpondeas.

Pau. Magnifica verba! auſculto. Propone tua ænigmata.

Pe. Num bene latinum eſt? Petere ab aliquo quæſtionem.

Pau. Non bene latinum eſt.

Pe. Dic purè, & emendatè.

Pau. Quærere aliquid ex aliquo: Interrogare ab aliquo: Sciſcitari ex aliquo quæſtionem.

Pe. Rectè dictum. Interroga viciſſim.

Pau. Declina *Aliquis* per omnia Genera. Ignoras?

Pe. Non ignoro. Nominati. Aliquis aliqua &c. Accuſa. Aliquem, aliquam, aliquod, vel aliquid.

Pe. Gar nit.

Pau. Wohl an zeige ſie. Hab ich es nit geſagt? er hat keinen Roſenkrantz.

Pe. Sihe ich hab ein Zehengen.

Pau. Haſt du keine Fragen?

Pe. Fürwar hab ich Fragen/ welche du kaum wirſt können beantworten.

Pau. Prächtige und ſtoltze Wort! ich höre zu. Halts vor deine Rätzel?

Pe. Iſt dieß gut Latein? Petere ab aliquo quæſtionem.

Pau. Es iſt kein gut latein.

Pe Sag es ſauberlich/und verbeſſert.

Pau. Quærere aliquid ex aliquo: interrogare ab aliquo ſciſcitari ex aliquo quæſtionem.

Pe. Wohl geſagt. Frage auch widerumb dargegen.

Pau. Erzehle mir *Aliquis* in ſeiner Ordnung durch alle Genera; Weißt du es nit?

Pe. Ich weiß es. Nominati. Aliquis, aliqua &c. *Accuſa.* Aliquem, aliquam, aliquod, vel aliquid.

Pau. Conſtas? Conſtas tibi?

Pe. Quidni? Dic ipſe perfectiùs.

Pau. Nequeo. Rectè reſpondiſti. Perge porrò. Agè proſequere. Abſolve, quod reſtat.

Pe. Vocativo, Ablativo &c. Nunc meæ ſunt rogandi vices. Quomodo conjugatur *Fio* in Futuro Præterito miſto? Neſcis? Cupis doceri?

Pau. Pauliſper exſpecta. Factum factam eſſe, vel fuiſſe.

Pe. Conſtas tibi? Conſtas? Vis corrigi? Licétne ut corrigam ignorantem.

Pau. Emenda, ſi potes.

Pe. Faciendum, faciendam fuiſſe &c.

Pau. Reſponde porrò & tu aliquid. Quâ ratione inflectitur Eo in Præſenti Tempore Participii?

Pe. Iens, ientis

Pau. Conſtas? Neſcis meliùs?

Pe. Iens, iuntis.

Pau. Nondum etiam aptè

Pau. Verharreſt du be[ſ]ſtändig bey dieſer antwort?

Pe. Warumb nit? ſag du es beſſer.

Pau. Ich kans nit. Du haſt wohl geantwortet. Wohl an/ fahre fort. Fertige ab/ was noch übrig.

Pe Vocativus, Ablativus, &c. Nun iſt das Fragen wider an mich kommen. Wie hat Fio in Futuro, ſo mit dem Præterito vermiſcht iſt? Weißt du es nit? verlangeſt du es zu lernen?

Warte ein wenig. Factum, factum eſſe, vel fuiſſe.

Pe. Bleibſt du hier bey? biſtu es verſichert? ſoll ich es beſſeren? wilſtu daß ich deinen Fehler ändere.

Pau. Verbeſſere es / wan du kanſt.

Pe. Faciendum faciendam fuiſſe.

Pau. Antworte du auch nun etwas. Wie machet Eo ſein Participium in Præſenti Tempore?

Pe. Iens, ientis.

Pau. Bleibſt du hierbey? weißt du es nit beſſer?

Pe. Iens, iuntis.

Pau. Du ſageſt noch nit wohl.

Pe. Corrige per me licet.

Pau. Iens, euntis.

Pe. Equidem ità reſponderam.

Pau. Minimè verò; ſed iuntis ajebas. Placétne Præceptor, ut referam tres notas pro parte Romanâ?

Pe. Ut quid ità?

Pau. Quia vici adverſarium.

Pe. Sed jam ultionem repetam.

Pau. Præſto ſum. Congredere, interroga.

Pe. Cujus Generis eſt Cometa? Ignoras? Vis te doceam?

Pau. Cometa Maſculini eſt Generis.

Pe. Itáne cenſes? Sic ſtat ſententia?

Pau. Conſtantiſſimè. Agè ſis, corrige.

Pe. Cometa eſt Feminini Generis.

Pau. Hem! emendatorem noſtrum. Malè correxit. Maſculinum eſt.

Pe. Per quam regulam

Pe. Verbeſſere es/ ich bins zufrieden.

Pau. Iens, euntis.

Pe. So hatte ich ja geſagt.

Pau. Gantz / und gar nicht; du ſagteſt iuntis. Beliebt es Euer Ehrwürden / daß ich drey Zeichen vor die Seiten der Römer gewinne?

Pe. Warumb das?

Pau. Weilen ich meinen Gegener überwunden.

Pe. Aber jetzund will ich mich rächen.

Pau. Ich bin bereit. Komm an. Frage.

Pe. Weſſen Generis iſt Cometa? Weißt du es nit? wilſt du/ daß ich es dich mit deinem Schaden lehre?

Pau. Cometa iſt Generis Maſculini.

Pe. Iſt deine Meinung alſo? Halteſt du dieß veſt darfür?

Pau. Veſtiglich. Wohl an/ verbeſſere es.

Pe. Cometa iſt Generis Feminini.

Pau. Sihe da! ein ſchöner beſſerer. Er hat es übel geändert. Es iſt ein Maſculinum.

Pe. Auß welcher Regel be-

***** behaupteſt

poteſtatem communicandi Corpori Domini.

mir den Fronleichnam unſeres Herren zu genieſſen/ oder zu Communicieren.

Prace. Accedes finito ſacro: non enim jam diſtribuitur Corpus Domini. Interea temporis ad epulum iſtud Divinum animum compara.

Der Lehrer. Du ſolſt nach der Meſſen gehen: dan der Leichnam des Herren jetz nicht wird außgetheilt. Mittler Zeit bereite dich wohl zu dieſem Göttlichen Gaſtmahl.

Fau. Utinam placeat Reverentiæ Veſtræ dare mihi veniam, ut abſim eras manè à ſcholâ! Eundum mihi eſt rus cum Parentibus.

Fau. Ach daß Euer Ehrwürde mir Erlaubnüß gäbe Morgen auß der Schulen zu bleiben! Ich muß mit meinen Elteren über Feld gehen.

Prace. Siquidem mihi videbitur.

Der Lehrer. Wan ich es werd vor Gut befinden.

Fau. Omnino, ſiquidem probet Reverentia Veſtra.

Fau. Ja freylich / wan Euer Ehrwürde es vor gut anſehet.

Prace. Tempori venies à ſacro.

Der Lehrer. Du wirſt zeitlich gnug nach der Meſſen kommen.

Fau. Bonâ tuâ venia, Pater: proficiſcemur ſummo mane, ùt primùm pandentur urbis portæ.

Fau. Mit Erlaubnüß/ Ehrwürdiger Vatter: wir werden abziehen gleich Morgens Frühe/ſo bald die Statt-Pforten werden auffgehen.

Prace. Quò cogitatis?

Der Lehrer. Wo gedenckhet ihr hinzugehen?

Fau. In villam noſtram, in pago illo celebrantur paganalia.

Fau Nach unſerem Meyerhoff/ in ſelbigem Dorff iſt es Bauren Kirchweihe.

Prac. Quando redibis?

Der Lehrer. Wan wirſt du widerkommen?

Fau.

Fau. Craſtino veſpere in urbe ero, perendie manè in ſcholâ.

Fau. Morgen abend werd ich in der Statt ſeyn / übermorgen frühe in der Schulen.

Præce. Abi; ſed inter ruſticos eſto ſapiens.

Der Lehrer. Gehe hin; aber ſey verſtändig under den Bauren.

Conra. Cras, Reverende Domine, non potero frequentare ſcholam: nè gravetur me excuſare.

Conra Ehrwürdiger Herr/ ich werd morgen nit können in die Schul kommen: ich bitte / er wölle mich doch entſchuldiget haben.

Præce. Quid impediet?

Der Lehrer. Was wird dich verhinderen?

Conra. Ex Medici judicio ſumenda mihi potio medica ad purgandum corpus. Tentatus fui febriculâ hiſce diebus: medicinam adhibebo, ut obſtem principiis.

Conra. Nach Räth des Artzens ſoll ich morgen einen Tranck nehmen den Leib zu reinigen. Ich hab dieſer Tagen ein Anſtoß vom Fieber gehabt: ich will Artzeney gebrauchen dem Anfang zuzukommen.

Præce. Num tibi aliquando aperta fuit vena?

Der Lehrer. Haſt du wohl mehr Ader gelaſſen?

Conra. Imò, nudius tertius.

Conra. Ja/ noch vorgeſteren.

Præce. Abſis, per me licet, & valetudinem cura diligenter.

Der Lehrer. Ich bin zufrieden / bleibe auß / und nehme deine Geſundheit fleißig in acht.

Juve. Reverende Domine, remittit me Parens ad Reverentiam Veſtram, & rogat, ut liceat mihi abeſſe à ſcholâ hodierno die, & craſtino.

Juve. Ehrwürdiger Herr/ mein Vatter ſchicket mich zu Euer Ehrwürden/ und begehret / daß ich heut / und morgen möge auß der Schulen bleiben.

Præce. Quid cauſæ adfers?

Juve. Cùm nuper Pater meus decumberet oppreſſus gravi morbo, Mater mea peregrinationem vovit Hallas Deiparæ, ſi Pater convaleſceret: convaluit, Deo ſit gratia, defunctus extremo diſcrimine: Hodie perſolvet Mater votum, quod nuncupavit: ipſam comitaturus ſum, ſi mihi, Domine, placeat facere poteſtatem.

Præce. Suſpicor te hanc veniam à Matre lacrymis extorſiſſe.

Juve. Nequaquam, Pater: jam in procinctu ſtabam venturus ad ſcholam, cùm ultrò me acceerſit Parens, & hac ipsâ de causâ me ablegat ad Reverentiam Veſtram.

Præce. Ibis ſed redux factus exhibebis à Parente ſuper hac re teſtimonium.

Juve. Exhibebo.

Præce. Ad aram Virginis Matris fac noſtrî memineris.

Juve. Spondeo, Pater, in méque recipio.

Der Lehrer. Was Urſach bringſt du für?

Juve. Als mein Vatter neulich ſehr gefährlich kranck lage/ hat mein Mutter Unſer Lieben Frauen zu Hall ein Bittfart verlobt/ wan mein Vatter wider thäte geneſen. Gott ſey lob / er iſt der euſerſten Gefahr entrunnen. Heut wird meine Mutter ihr gethanes Gelübd ablegen: ich ſoll ihr das Geleyt geben/ ſo mir Euer Ehrwürde es beliebt zu erlauben.

Der Lehrer. Ich muhtmaſſe du habeſt dieſe Erlaubnuß von deiner Mutter durch dein Weinen erpreſſet.

Juve. Im wenigſten nicht/ Ehrwürdiger Vatter: jetz ware ich gerüſt nach der Schulen zu kommen/ ſihe da rufft mich mein Vatter/ und ſendet mich dieſer Urſachen halber zu Euer Ehrwürden.

Der Lehrer. Du kanſt gehen; aber bey deiner Widerkunfft ſolſt du mir hierüber ein Zeugnüß bringen von deinem Vatter.

Juve. Ich will es thuen.

Der Lehrer. Seye meiner Eingedenck vor dem Altar Unſer Lieben Frauen

Juve. Ich verſpreche es Euer Ehrwürden/ und nehme es über mich.

DIALOGUS DECIMUS QUINTUS.
Formula diſputantium Græcè.

BASILIUS, AMBROSIUS.

Baſilius. Unde incipiendum eſt?

Ambroſius. A ſigno ſanctæ Crucis.

Baſi. Forma.

Ambro. In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti, Amen.

Baſi. Non rectè formavit.

Ambro. Forma tu rectiùs.

Baſi. Quo præmio certabimus?

Ambro. Pro loco, imagine, honore.

Baſi. Valde bene, ad libitum tuum. Incipiamus: claude librum.

Ambro. Propone quæſtionem. Interroga.

Baſi. Quotæ declinationis eſt, φιλία?

15tes Geſpräch.

Eine Weiſe auff Griechiſch die Warheit zu erläuteren / oder diſputiren.

BASILIUS, AMBROSIUS.

Baſilius. Πόθεν ἀρκτέον;

Ambroſius. Ἀπὸ τοῦ σήματος τοῦ ἁγίου σταυροῦ.

Baſi. Μόρφωσον.

Ambro. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀμήν.

Baſi. Οὐκ ὀρθῶς ἐμόρφωσε.

Ambro. Μόρφου σὺ ὀρθοτέρως.

Baſi. Τίνι τιμίῳ ἀγωνισόμεθα;

Ambro. Ὑπὲρ τοῦ τόπου, εἰκόνος, τιμῆς.

Baſi. Εὖ μάλα κατὰ δυνοῦν σου, ἐξαρχώμεθα· πτύσσε βιβλίον.

Ambro. Ἐπιθὲς ἐρώτησιν. πυθοῦ.

Baſi. Πόσης κλίσεως ἐστι, φιλία;

Ambro. Eſt nomen ſecundæ Declinationis.

Baſi. Profer nomen primæ Declinationis, tertiæ, quartæ, quintæ.

Ambro. Da mihi nomen unius generis, duorum generum, trium generum: neſcis? cupis doceri.

Baſi. Exſpecta, impedis clamando.

Ambro. Errâſti.

Baſi. Corrige: declina φιλία: quomodo habet in dativo?

Ambro. φιλίᾳ.

Baſi. Præpone articulum.

Ambro. Τῇ φιλίᾳ,

Baſi. Quomodo ſcribitur? quid moraris? dubitas?

Ambro. Dicam, ſed interpellas loquentem. ſcribitur φιλίᾳ per α ſubſcribens jota.

Baſi. Vicini indicarunt illi.

Ambro. Nequaquam.

Baſi. Certè quidem.

Ambro. Ἐστ' ὄνομα δευτερόκλιτον.

Baſi. Πρόφερε ὄνομα πρωτόκλιτον, τριτόκλιτον, τεταρτόκλιτον, πεντόκλιτον.

Ambro. Δός μοι ὄνομα μονογενὲς, [illegible] τριγενές. ἀγνοεῖς; θέλεις διδάσκεσθαι;

Baſi. Προσδόκα· ἐμποδίζεις τῷ κραυγάσαι.

Ambro. Ἥμαρτες.

Baſi. Ἐπανόρθου, Κλῖνε φιλία· πῶς ἔχει ἐν τῇ δοτικῇ;

Ambro. Φιλίᾳ.

Baſi. Πρότασσε τὸ ἄρθρον.

Ambro. Τῇ φιλίᾳ.

Baſi. Πῶς γράφεται; τί διαμέλλεις; ἀπορεῖς;

Ambro. Λέξω, ἀλλὰ παρενοχλεῖς λέγοντι. Γράφεται φιλίᾳ διὰ α ὑπογράφοντος ι.

Baſi. Οἱ πλησίον ὑπεμνήσαν ἐκείνῳ.

Ambro. Μηδαμῶς.

Baſi. Πάνυ μέν.

Ambr.

Ambro. Minimè.

Baſ. Omnino, audiêrunt omnes.

Ambro. Tace, erráſti, correxi, notetur.

Baſ. Interpretare mihi hæc Πάντα βλέπει ὁ Θεός. Citò reſponde.

Ambr. Neſcio. corrige.

Baſi. Omnia videt Deus.

Ambro. Examinas ultrà, quàm oportet. quieſce. reſponde & tu: conjuga Τυγχάνω, in tempore perfecto indicativi modi.

Baſi. Caret.

Ambro. Quare?

Baſi. Quia in ανω deſinentia non conjungantur extra Imperfectum, Tempora aliunde accipiunt. Quomodo differunt τῷ αἰνείᾳ, & ὦ αἰνεία?

Ambro. Diſtinguo, diſtinguendum eſt.

Baſi. Diſtingue.

Ambro. Finis eſt, quis vicit?

Ambro. Ἥκιςα.

Baſi. Παντάπασι, ἤκκαν ἅπαντες.

Ambro. Σίγα, ἥμαρτες, ἐπανώρθωσα· σημειούσθω.

Baſi. Ἑρμήνευέ μοι ταῦτα, Πάντα βλέπει ὁ Θεός. Ταχέως ἀποκρίνου.

Ambro. Ἀγνοῶ· ἐπανόρθου.

Baſi. *Omnia videt Deus.*

Ambr. Ἐξετάζεις παρὰ τοῦ δέοντος, ἡσύχαζε, ἀποκρίνου καὶ σύ. Συζύγει Τυγχάνω, ἐν χρόνῳ παρακειμένῳ τῆς ἐγκλίσεως ὁριστικῆς.

Baſi. Στερεῖ.

Ambro. Διὰ τί;

Baſi. Διότι τὰ ἐν ανω ἀπολήγοντα οὐ κινεῖται ἔξω παρατατικοῦ χρόνους, ἀλλαχόθεν λαμβάνει. Πῶς διαλλάττει τῷ αἰνείᾳ, καὶ ὦ αἰνεία;

Ambro. Διακρίνω, διακριτέον.

Baſi. Διάκρινε.

Ambro. Τέλος ἐστί. τίς ἐνίκησε;

Baſi. Ego tribus numeris.

Baſi. Ἐγὼ τρισὶν ἀριθμοῖς.

Ambro. Quo modo? non eſt poſſibile.

Ambro. Τίνα τρόπον; ἀδύνατόν ἐστι.

Baſi. Tace: vicerunt Romani, Byzantini inferiores ſunt, Ambroſius victus eſt.

Baſi. Σιώπα. ἐνίκησαν Ῥωμαῖοι, Βυζαντῖνοι ἐλάττονες. Ἀμβρόσιος ἡττηται.

DIALOGUS DECIMUS SEXTUS.

Formulæ diſputantium latinè.

16tes Geſpräch.

Ein Weiſe auff Latein die Warheit zu erläuteren/oder zu diſputieren.

PETRUS, PAULUS.

PETRUS, PAULUS.

PEtrus. Unde diſputatio inchoanda eſt?

PEtrus. Wo von müſſen wir die Erläuterung anfahen?

Paulus. A ſigno ſanctæ Crucis.

Paulus Vom Zeichen des heiligen Creutz.

Pe. Forma ſignum ſanctæ Crucis.

Pe. Mache das Zeichen des heiligen Creutz.

Pau. Formato tu pariter.

Pau. Mache du es im gleichen.

Omnes. In nomine Patris, &c.

Alle. In Nahmen des Vatters/ꝛc.

Pe. Exhibe arma pietatis.

Pe Zeige die Waffen der Andacht.

Pau. En roſarium, en libellum precum. Tu ipſe deſtitutus es.

Pau. Sihe da den Roſenkrantz /und Bettbüchlein. Du haſt ſelbſt keine.

Pe. Nequaquam.

Pau. Agedum profer, dixin' verum? caret roſario.

Pe. Ecce tibi, decadem habeo.

Pau. Cares quæſtionibus?

Pe. Imò habeo, ad quas ægrè reſpondeas.

Pau. Magnifica verba! auſculto. Propone tua ænigmata.

Pe. Num bene latinum eſt? Petere ab aliquo quæſtionem.

Pau. Non bene latinum eſt.

Pe. Dic purè, & emendatè.

Pau. Quærere aliquid ex aliquo: Interrogare ab aliquo: Sciſcitari ex aliquo quæſtionem.

Pe, Rectè dictum. Interroga viciſſim.

Pau. Declina *Aliquis* per omnia Genera. Ignoras?

Pe. Non ignoro. Nominativi. Aliquis aliqua &c. Accuſa. Aliquem, aliquam, aliquod, vel aliquid.

Pe. Gar nit.

Pau. Wohl an zeige ſie. Hab ich es nit geſagt? er hat keinen Roſenkrantz.

Pe. Sihe ich hab ein Zehengen.

Pau. Haſt du keine Fragen?

Pe. Fürwar hab ich Fragen/ welche du kaum wirſt können beantworten.

Pau. Prächtige und ſtoltze Wort! ich höre zu. Halte vor deine Rätzel?

Pe. Iſt dieß gut Latein? Petere ab aliquo quæſtionem.

Pau. Es iſt kein gut latein.

Pe Sag es ſauberlich/und verbeſſert.

Pau. Quærere aliquid ex aliquo: interrogare ab aliquo ſciſcitari ex aliquo quæſtionem.

Pe. Wohl geſagt. Frage auch widerumb dargegen.

Pau. Erzehle mir *Aliquis* in ſeiner Ordnung durch alle Genera; Weißt du es nit?

Pe. Ich weiß es. Nominati. Aliquis, aliqua &c. *Accuſa.* Aliquem, aliquam, aliquod, vel aliquid.

Pau.

Pau. Conſtas? Conſtas tibi?

Pe. Quidni? Dic ipſe perfectiùs.

Pau. Nequeo. Rectè reſpondiſti. Perge porrò. Agè proſequere. Abſolve, quod reſtat.

Pe. Vocativo, Ablativo &c. Nunc meæ ſunt rogandi vices. Quomodo conjugatur *Fio* in Futuro Præterito miſto? Neſcis? Cupis doceri?

Pau. Pauliſper exſpecta. Factum factam eſſe, vel fuiſſe.

Pe. Conſtas tibi? Conſtas? Vis corrigi? Licétne ut corrigam ignorantem.

Pau. Emenda, ſi potes.

Pe. Faciendum, faciendam fuiſſe &c.

Pau. Reſponde porrò & tu aliquid. Quâ ratione inflectitur Eo in Præſenti Tempore Participii?

Pe. Iens, ientis

Pau. Conſtas? Neſcis meliùs?

Pe. Iens, iuntis.

Pau. Nondum etiam aptè

Pau. Verharreſt du beſtändig bey dieſer antwort?

Pe. Warumb nit? ſag du es beſſer.

Pau. Ich kans nit. Du haſt wohl geantwortet. Wohl an/ fahre fort. Fertige ab/ was noch übrig.

Pe Vocativus, Ablativus, &c. Nun iſt das Fragen wider an mich kommen. Wie hat Fio in Futuro, ſo mit dem Præterito vermiſcht iſt? Weiſt du es nit? verlangeſt du es zu lernen?

Warte ein wenig. Factum, factum eſſe, vel fuiſſe.

Pe. Bleibſt du hier bey? biſtu es verſichert? ſoll ich es beſſeren? wilſtu daß ich deinen Fehler ändere.

Pau. Verbeſſere es/ wan du kanſt.

Pe. Faciendum faciendam fuiſſe.

Pau. Antworte du auch nun etwas. Wie machet Eo ſein Participium in Præſenti Tempore?

Pe. Iens, ientis.

Pau. Bleibſt du hierbey? weiſt du es nit beſſer?

Pe. Iens, iuntis.

Pau. Du ſageſt noch nit wohl.

Pe. Corrige per me licet.

Pau. Iens, euntis.

Pe. Equidem ità reſponderam.

Pau. Minimè verò; ſed iuntis ajebas. Placétne Præceptor, ut referam tres notas pro parte Romanâ?

Pe. Ut quid ità?

Pau. Quia vici adverſarium.

Pe. Sed jam ultionem repetam.

Pau. Præſto ſum. Congredere, interroga.

Pe. Cujus Generis eſt Cometa? Ignoras? Vis te doceam?

Pau. Cometa Maſculini eſt Generis.

Pe. Itáne cenſes? Sic ſtat ſententia?

Pau. Conſtantiſſimè. Agè sîs, corrige.

Pe. Cometa eſt Feminini Generis.

Pau. Hem! emendatorem noſtrum. Malè correxit. Maſculinum eſt.

Pe. Per quam regulam

Pe. Verbeſſere es/ ich bins zufrieden.

Pau. Iens, euntis.

Pe. So hatte ich ja geſagt.

Pau. Gantz / und gar nicht; du ſagteſt iuntis. Beliebt es Euer Ehrwürden / daß ich drey Zeichen vor die Seiten der Römer gewinne?

Pe. Warumb das?

Pau. Weilen ich meinen Gegener überwunden.

Pe. Aber jetzund will ich mich rächen.

Pau. Ich bin bereit. Komm an. Frage.

Pe. Weſſen Generis iſt Cometa? Weißt du es nit? wilſt du/ daß ich es dich mit deinem Schaden lehre?

Pau. Cometa iſt Generis Maſculini.

Pe. Iſt deine Meinung alſo? Halteſt du dieß veſt darfür?

Pau. Veſtiglich. Wohl an/ verbeſſere es.

Pe. Cometa iſt Generis Feminini.

Pau. Sihe da! ein ſchöner beſſerer. Er hat es übel geänderet. Es iſt ein Maſculinum.

Pe. Auß welcher Regel behaupteſt

id aſſeris? Præceptum recita.

Pau. Femineum A primæ eſt: veluti panthera, planeta. Erravíne?

Pe. Sanè ſplendidiſſimè.

Pau. Quin corrigis?

Pe. Dictum oportuit: veluti panthera ſagitta.

Pau. Phui! piget errati.

Pe. Et craſſi quidem. Porrò regulam proſequere.

Pau. Hic Mammona petit.

Pe. Conſtas? Rurſum aberras à regulâ.

Pau. Imò: veluti panthera ſagitta, Hic Mammona &c. Num aberro?

Pe. Toto cælo.

Pau. Emenda, ſiquid noviſti rectiùs.

Pe. Prætermiſiſti hunc verſum: Adria mas eſto.

Pau. Malùm! me fefellit memoria.

Pe. Io! ſuperavi victorem meum.

hauptest du dieſes? ſage ſelbige auff.

Pau. Femineum A primæ eſt: veluti panthera, planeta. Hab ich gefehlt?

Pe. Gewiſslich recht ſchön/ und ſcheinbarlich.

Pau. Warumb verbeſſerſt du es nit?

Pe. Du hätteſt ſagen ſollen: veluti panthera, ſagitta.

Pau. Hy es gereuet mich des fehlers.

Pe. Er iſt fürwahr ſehr grob. Nun aber ſag weiter die Regel auff.

Pau. Hic Mammona petit.

Pe. Bleibſt du daben? Du verfehleſt noch eins in der Regel.

Pau. Ja freylich: veluti panthera ſagitta, Hic Mammona, &c. Fehle ich?

Pe. Du irreſt noch weit.

Pau. Verbeſſere es/ wann du es beſſer weiſt.

Pe. Du haſt dieſe Vers außgelaſſen; Adria mas eſto, &c.

Pau. Leyder! die Gedächtnüß hat mich betrogen.

Pe. Heya! Ich hab meinen Obſieger überwunden.

ADAGIORUM DECAS SEPTIMA.

Adagiorum decas ſeptima.

Siebende zehen Sprüchwörter.

1. MAlè parta, malè dilabuntur.

1. BEy ungerechtem Gut iſt kein glück.

oder. Wie gewonnen ſo entrunnen.

2. Una hirundo non efficit ver.

2. Ein bunte Kräh macht kein Winter.

Ein Schwalb keinen Frühling.

Ein ſchöner Tag kein Sommer.

3. Facilè, cùm valemus, recta conſilia ægrotis damus.

3. Wans wohl gehet iſt gut rathen.

oder. Es iſt leichter predigen/ dan thuen.

4. Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro.

4. Niemand iſt zu frieden mit dem ſeinigen.

oder. Es dünckt uns immer zu/ unſeres Nachbarn Sachen ſtehen beſſer als die unſerige.

5. Crœſo ditior.

5. Reicher dan König Crœſus.

6. Iro pauperior.

6. Armer als arm.

7. Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur.

7. Was geht mich Nürnberg an: ich hab kein Hauß darinn.

oder. Mir ſchads noch bahts.

8. Noſce te ipſum.

8. Der iſt hoch gelehrt/ der ſich ſelbſt kennen lernt.

oder. Greiff in dein eigenen Buſen.

9. Multa

9. Multi te oderint, ſi te ipſum amas.

10. Non licet bis in bello peccare.

9. Der ihm ſelbſt wohlgefallt der mißfallt anderen.

10. Einmahl geht hin. **Oder.** Kriegsrechtſcharffes recht.

Errata: ſic corrige.

In Pareneſi ad Religioſſos lege Religioſos. *In Pareneſi ad Illuſtres Nobiles,* &c. bonurum *lege* bonarum. ſructu *lege* fructu

PARS I. Pagi. 9. om-nem *lege* o-mnem. 24. Poſt *lege* per. 28. Sicuti *lege* ſicubi. 46. operiuntur *lege* opperiuntur 47. obſerare *lege* obſerari. 50. dimiſſis *lege* dimiſſis. 56. alte rutri *lege* alter-utri 59. Mytuli *lege* mytili. 60. ſup *lege* ſub 72. exultiſſimum *lege* excultiſſimum. 76. uræ *lege* uvæ 77. tollontur *lege* tolluntur.

PARS II. 12. locutores *lege* locuturos. 20. adeſto poſthac tempore *lege* tempori. 33. remittos *lege* remittas. 51. lavaveris *lege* levaveris. 64. verere *lege* verrere. 74. concerp:ſiſti *lege* concer-pſiſti.

PARS III. Pag. I. Ad ſcholam & literas ſpectans *lege* ad luſus ſpectans.

Accentus hinc inde omiſſos, & appoſitos, interpunctiones perperam factas, characteres inverſos & cetera prudens Lector corriget.

Erſter Theil.

Papi. 14 taumen *lege* daumen. 5. Wacheſt *lege* Macheſt. 15. armen *lege* armben 19. meinen Geſellen *lege* meinem. 29. we *lege* wie 37. züchten *lege* züchtig. 47. zuſchliſſe *lege* zuſchlieſſe 52. ankommener *lege* angekommener. 56. ſchwager *lege* ſchwäher. 59. ſchäume *lege* ſchaume. 61. taffel *lege* tafel. 74. deinen verlangen *lege* deinem 76. würde *lege* wurde. 78. abendsbrodt *lege* abendbrod. 81. bleibe *lege* bleibet. 82. welche er *lege* welche ſie.

Zweyter Theil.

Pagi. 6. Dientenſäßlein *lege* dintenfäßlein. 65. ſolte in die Schul kommen *lege* ſolle 26. rüchen *lege* rucken / ꝛc.

Dritter Theil.

Pagi. 1. anbelangendt die ſchul und Künſten *lege* das ſpielen. 2. beluſtigen *lege* beluſtigen. 13. läugne *lege* laugne. 39. über *lege* oben.

DIALOGORUM FAMILIARIUM PARS TERTIA,

Ad ſcholam, & literas ſpectans.

Freundlicher Geſpräch Dritter Theil/

Anbelangend die Schuhl/ und Künſten.

DIALOGUS PRIMUS.

Deliberatio quo luſu ſe oblectaturi ſint.

DONATUS, RUMOLDUS, THEODORUS, REMIGIUS.

DOnatus. Facta nobis eſt hodie ludendi copia, Rumolde.

Rumoldus. Id tu nôſti ſcilicet.

Dona. Novi enim verò: ex ipſo audivi Magiſtro.

Rumol. Agedum quolibet te provoco luſûs genere.

Dona. Jaciamus lapides fundâ ad ſcopum.

Rumol. Legibus ſcholaſticis is luſus eſt vetitus; & plus illi diſcriminis ineſt, quàm voluptatis.

Erſtes Geſpräch.

Berathſchlagung mit welchem Spiel man ſich ſolle beluſtigen.

Donatus, Rumoldus, Theodorus, Remigius.

DOnatus. Wir haben heut Spieltag / Rumoldus.

Rumoldus. Dieß weiß du wohl.

Dona. Ich weiß es wohl: ich hab es von dem Lehrer ſelbſt gehört.

Rumol. Wohlan ich lade dich ein zu einem Spiel/ ſo dir beliebig.

Dona. Laßt uns mit der Schling nach dem Ziel werſſen.

Rumol. Dieſes Spiel iſt in den Schuhl-Satzungen verbotten; und iſt mehr Gefahr/ dan Luſt darbey.

Dona. Quo nos igitur luſu oblectabimus ?

Dona. Mit welchem Spiel wollen wir uns dan beluſtigen?

Rumol. Mihi quidem ſphæris lubet ludere per annulum ferreum.

Rumol. Ich wolt gern mit Kugelen durch einen eyſenen Ring ſpielen.

Dona. Hoc luſu nimiùm quantùm me ſuperas : ſcio, quàm valido ſis brachio. Undecumque globos feris, ut metam tranſeant : undecumque rectà mittis per annulum.

Dona. In dieſem Spiel übertrifſt du mich weit: ich weiß / wie ſtarck du in den Armben ſeyeſt. Aller Orthen ſchlageſt du die Kugelen an: von allen Orthen wirffſt du durch den Ring.

Rumol. Velim eſſe vera, quæ de me prædicas.

Rumol. Ich wolte/daß dieß wahr wäre / ſo du zu meinem Lob redeſt.

Dona. Globis miſſibilibus nos exerceamus potiùs.

Dona. Laſſt wir uns lieber im Kuglen werffen üben.

Rumol. Neque viribus, neque arte tibi hîc conceſſero : ità torquebo globos, Donate, ut ſi tormentum meum foret brachium.

Rumol. Ich werd dir hier weder an Kräfften / weder an Kunſt weichen : ich will die Kugelen alſo ſchieſſen / als wan mein Armb ein Grobgeſchütz wäre.

Dona. Periclitabimur tamen.

Dona. Wir willen es doch verſuchen.

Theodorus. Trahit ſua quemque voluptas : mihi placet venatio à meridie.

Theodorus. Ein jeder folgt ſeinen Gelüſten : ich hab Luſt dieſen Mittag dem Wild nachzujagen.

Remigius. Placet & mihi ; ſed ubi canes ? ubi venabula ? ubi caſſes ?

Remigius. Ich hab auch Luſt; aber wo ſeynd die Hund? wo der Jäger-Spieß? wo die garn ?

Theodo. Valeant apri, &

Theod. Laß die Wildſchwein und Fuchs lauffen : wir willen

vulpes: nos inſidiabimur cuniculis.

Remi. Ego ranas captabo.

Theodo. Humile id eſt venationis genus.

Remi. Sed jucundum.

Theodo. Quo ranas aſtu decipis?

Remi. Aliis, atque aliis modis: interdum ex lineâ pendulâ de vimine, aut arundine, ſuſpendo fruſtulum panni rubri, ipſum in aquas dimitto: avidè id glutiunt ranæ, & adhæreſcunt: illico ex aquis extraho.

Theodo. O lepidum venatorem!

Remi. Interdum aliter ranis impoſui.

Theodo. Quomodo? reti?

Remi. Non; ſed arcu.

Theodo. Novum piſcandi genus.

Remi. At non injucundum.

Habeo baliſtam modicam; ſed longo manubrio: nervo affixum eſt

len den Kaninichen nachſtellen.

Remi. Ich will Fröſch fangen.

Theodo. Dieß iſt ein ſchlechte Jagt.

Remi. Aber doch lüſtig.

Theodo. Mit was Liſt betriegeſt du die Fröſch?

Remi. Auff unterſchiedliche Weiſe: unterweilen binde ich an eine Schnur/ ſo an einer weichen Ruthen / oder Rohr hanget/ ein Stücklein rothes Tuchs/ dieß laſſe ich in das Waſſer ſincken: ſolches verſchlucken die Fröſch gantz begierlich / und bleiben daran hangen: alſo ziehe ich ſie geſchwind auß dem Waſſer.

Theodo. O wohl ein luſtiger Jäger!

Remi. Zu weilen hab ich die Fröſch auch anderſt betrogen.

Theodo. Wie? mit der Fiſcher-Ruthe?

Remi. Nein; ſondern mit dem Bogen.

Theodo. Ein neüe Weiſe zu fiſchen.

Remi. Aber nit unlüſtig.

Ich hab einen kleinen Bogen mit einer langen Handhabe: an der Sennen iſt angehefft ein Pfeil mit einem eiſeren

telum ferreâ cuſpide præacutâ, & recurvâ. Manu teneo funem item nervo annexum: tum autem ſicubi ranam undis eminentem aſpicio, jaculum admoveo, quàm poſſum, proximè: nervum adduco, mox impetu remitto in prædam, ut cuſpis per ventrem emineat, aut femora.

Theodo. Equidem malo inſidiari piſcibus. Eſt mihi hamus elegans, arundo, & linea piſcatoria ex ſetis equinis torta.

Remi. Sed unde parabis eſcam?

Theodo. Lumbricorum ubique magna eſt copia.

Remi. Eſt, ſi tibi velint prorepere è terrâ.

Theodo. At ego mox efficiam, ut ſexcenti proſiliant.

Remi. Quo pacto?

Theodo. Talpam ſimulabo. Hoc ligone terram tremefaciam, quaſi ſi talpa lumbricis infeſtiſſima humum moliretur,

ſeren ſehr ſcharpffen / und hinderſich gekrümbten Spitz. Ich halte mit einer Hand das Seil / ſo auch an der Sennen veſt gemacht iſt: wan ich aber iergend eine Frösch an dem Waſſer herauß gucken ſehe / ſo rucke ich mit dem Pfeil ſo nahe hinzu / als ich kan: ich ſpanne den Bogen / gäbling laſſe ich ihn loß auff die Beut / alſo / daß die Spitz durch den Bauch / oder Hüffte herauß gehe.

Theodo. Ich will lieber den Fiſchen nachſtellen. Ich hab ein ſchöne Angel / ein Fiſcher-Ruth / und einen Schnur auß Pferds-Haar geflochten.

Remi. Aber woher wirſt du das Aaß bekommen?

Theodo. Allenthalben gibt es Regenwürm gnug.

Remig. Es seynd zwar gnug / wan ſie nur dir zu Lieb auß der Erden kriechen wöllen.

Theodo. Ich will gleich verſchaffen / daß ſie mit hunderten herauß kommen.

Remi. Wie ſo?

Theodo. Ich werd mich angeben laſſen / als wan ich ein Maulwerff wäre. Mit dieſem Karſt will ich das Erdreich bewegen / als wan ein Maulwerff / denen Regenwürmen

extemplo prodibunt foras.

würmen gar ſchädlich / die Erd thäte auffgraben : von ſtund an werden ſie herauß kommen.

Hem ! obſerva pauliſper.

Wohlan ſehe zu.

Vides emergentes?

Siheſt du ſie herauß komen?

Remi. Rem prodigioſam video.

Remi. Ein Wunder ſehe ich.

Theodo. Sed quid, ſi certemus nucibus?

Theodo. Aber was gedünckt dich / wan wir mit Nüſſen ſpielten?

Remi. Nuces admodum pueris relinquamus: nos jam ſumus grandiuſculi. Et quibus lubitum eſt ludere nucibus, iiſdem non indecorum eſt ludere par, impar, equitare in arundine longâ. Num & hic tibi ludus allubeſcit?

Remi. Laßt uns die Nüß den kleinen Kinderen überlaſſen : wir ſeynd nun ſchon ein wenig erwachſen. Und welche Luſt haben mit Nüſſen zu ſpielen / denen iſt kein Schand paar / oder ohnpaar ſpielen / und auff einem höltzinen Pferd / oder Bäſen-Stecken reiten. Gefallt dir auch dieſes Spiel?

Theodo. Nequaquam. Tu igitur præſcribe luſûs genus: ſequar, quocunque vocaveris.

Theodo. Gantz nicht. So ſchreibe du dan ein gewiſſes Spiel vor: ich werd folgen/ wohin du mich ruffen wirſt.

Remi. De luſu à meridie conveniet. Horâ primâ te opperiar in foſſis urbis.

Remi. Den Nachmittag willen wir des Spiels eins werden. Umb ein Uhr werd ich dich erwartẽ in den Statt-Graben.

Theodo. Adero in mœnibus. Vale in proximum congreſſum.

Theodo. Ich werd auff den Ringmauren ſeyn. Bleib geſund biß zur nähester Verſammlung.

Remi. Vale in horam primam.

Remi. Gott behüt dich biß umb ein Uhr.

DIALOGUS SECUNDUS.
Luſus Pilæ.

Arnoldus, Petrus, Guilielmus, Laurentius, Carolus, Martinus.

A*Rnoldus.* Víſne certare nobiſcum pilâ, Laurenti?

Laurentius. Equidem volo, & quemlibet veſtrûm provoco.

Arnold. Fateor te in hac palæſtrâ longè me exercitatiorem.

Lauren. Agè, largiar tibi terminum, quàm potes mittere longiſſimè.

Arnol. Largire mihi quindecim.

Lauren. Faciam tibi unius errati gratiam.

Arnol. Placet mihi: súntne plures, qui velint colludere?

Petrus. Sunt.

Arnol. Qui?

Pe. Carolus, Martinus, & Guilielmus.

Lauren. Agedum, ſumus numero ſex, haud multùm diſpares.

Pe. Sortiamur, quis cui jungatur.

Zweytes Geſpräch.
Das Ballen-Spiel.

Arnoldus, Petrus, Guilielmus, Laurentius, Carolus, Martinus.

A*Rnoldus.* Wilſt du mit uns den Ball ſchlagen / Laurentius?

Laurentius. Ich bin zu frieden / und fordere einen jeden auß euch herauß.

Arnol. Ich erkenne dich in dieſem Spiel vor einen Meiſter.

Lauren. Wohlan / ich gebe dir ein Ziel / ſo weit du werffen kanſt.

Arnol. Gib mir fünffzehen vor.

Lauren. Ich ſoll dir einen Fehler ſchencken.

Arnol. Ich bins zu frieden: ſeynd auch noch mehr / die da willen mitſpielen?

Petrus. Ja es ſeynd einige.

Arnol. Welche?

Pe. Carolus, Martinus, und Guilielmus.

Lauren. Wohlan / unſer ſeynd ſechs / nicht viel ungleich.

Pe. Laßt uns loſſen / welche beyſammen ſollen ſeyn.

Caro.

Carolus. Nos tres vos provocamus.

Carolus. Wir drey forderen euch herauß.

Lauren. Id neutiquam permiſero.: ſcio, quàm peritè Martinus ludat.

Lauren. Dieſes werd ich nit zulaſſen: ich weiß/wie wohl Martinus ſpielet.

Arnol. De pilâ Martinum non metuo.

Arnol. In dem Ball-ſchlagen förchte ich den Martinus nicht.

Lauren. Ducamus ſortem igitur qui ſint futuri comites.

Lauren. So laſſet uns dan loſſen welche beyſammen ſeyn ſollen.

Arnol. Ducamus.

Arnol, Laßt uns loſſen.

Lauren. Eja! mihi oblata eſt optio, ego mihi Martinum ſumo & Carolum.

Lauren. Nuh wohlan! ich hab die Wahl / ich nemme zu mir Martinus und Carolus.

Arnol. Placent mihi Petrus & Guilielmus.

Arnol. Petrus und Guilielmus ſtehen mich wohl an.

Martinus. At pilas ex urbe non attulimus.

Martinus. Aber wir haben keine Bäll auß der Statt mitgebracht.

Guilielmus. Habeo unicam.

Guilielmus. Ich hab einen.

Lauren. Non ſufficit. Ego in ſingulos ſemiſſem ſuppeditabo: diminuetur mihi, ſi victoriâ cecidero; aut reddetur, ſi potitus fuero.

Lauren. Der iſt nit gnug. Ich will vor einen jeden ein halben Stüver herſchieſſen: der ſoll mir abgezogen werden/wan ich verliere; oder widergeben werden / wan ich gewinne.

Andrea excurre in viciniam empturus nobis pilas: ubi ludendi finem fecerimus, omnibus te donabimus. Fac, redeas quamtocius.

Andreas Lauff in die Nähe uns Bäll zu kauffen: wan auß iſt das Spiele/wöllen wir ſie dir alle ſchencken. Komme geſchwind wider.

Arnol. Martine, interim, nobis accerſiturus abi, qui noſtros notet terminos.

Arnol. Martinus, gehe inzwiſchen jemand ſuchen / der die Würff zeichne.

Marti. Faciam equidem lubens.

Marti. Ich will es gern thun.

Pe. Nos definiamus interea, quæ ſit futura jaciendi meta, qui cæteri limites.

Pe. Unterdeſſen laßt uns ſetzen / woh es ſoll auß ſeyn / und woh die andere Mahl.

Lauren. Etiam apparent à ſuperioribus diebus. Sortiamur utra pars intùs, utra foris ſit conſtituta.

Lauren. Man kan ſie noch ſehen von vorigen Tägen. Laßt uns loſſen welcher Theil drinnen / oder drauſſen ſeyn ſoll.

Caro. Vos exercitatiores in hac eſtis palæſtrâ: vos priores intra lineas conſiſtite.

Caro. Ihr verſtehet dieß Spiel beſſer: ſeyd ihr zum erſtenmahl drinnen.

Lauren. Non ſinam: ſorte potiùs experiamur.

Lauren. Ich will es nit zulaſſen: laßt uns vielmehr drumb loſſen.

Marti. Ergo cultrum in altum ejaculare.

Marti. So werffe dan das Meſſer in die Höhe.

Laurent. Ejaculabor. Utrum ſeligis, latus charactere impreſſum pronum, an ſupinum?

Lauren. Ich will es werffen. Was erkieſeſt du? die gezeichnete Seiten unter / oder über ſich?

Marti. Deligo charactere impreſſum pronum.

Marti. Ich erwehle die gezeichnete Seiten uber ſich.

Euge! evenit ex ſententiâ. Veſtrûm eſt intùs, noſtrûm foris conſiſtere.

Heya! es iſt uns gelungen. Ihr müſſet drinnen / wir drauſſen ſtehen.

Caro. Age, auſpicemur ludum. Sed quo certabimus pretio?

Caro. Hui friſch auff / laßt uns anfahen. Aber warumb ſollen wir ſpielen?

Pe. Fateor, aliquo periculo certandum eſt: alioqui friget luſus.	*Pe.* Ich geſtehe/ man muß umb etwas ſpielen: ſonſt gehet das Spiel ſchläfferig ab.
Arnol. Utra pars prior tres luſus amiſerit, ea victoribus ſingulis pendet ſemiſſem unum.	*Arnol.* Die/ſo zu erſt drey Spiel werden verloren haben/ ſollen einem jeden Uberwinder einen halben Stüver zahlen.
Lauren. Placet omnibus. Agitè, commilitones optimi, certemus gnaviter: amat victoria curam.	*Lauren.* Wir seynd all zufrieden. Nun wohl an/ liebſte Mitgeſellen/ laßt uns dapffer ſtreiten: umb den Sieg zu erhalten muß man arbeiten.
Marti. Agè, Arnolde, bonis avibus pilā emitte.	*Marti.* Wohlan/ Arnoldus, ſchlag den Ball glücklich auß.
Arnol. Vos igitur pilam excipite.	*Arnol.* Ihr andere dan fahet den Ball auff.
Lauren. Euge! non pervenit ad lineam.	*Lauren.* Heya! er iſt nit biß an das Mahl kommen.
Guiliel. Pervenit omninò.	*Guiliel.* Er iſt doch ſo weit kommen.
Marti. Nequaquam.	*Marti.* Gar nit.
Arnol. Volo, diſquiratur.	*Arnol.* Laßt uns fragen.
Lauren. Pila metam præteriit, ſpectatores, nec ne? Negant præteriiſſe.	*Lauren.* Ihr Zuſchauer/ iſt der Ball über das Mahl kommen/ oder nit? Sagen von nein.
Guiliel. In auſpicatum hoc auſpicium.	*Guiliel.* Das iſt ein unglücklicher Anfang.
Arnol. Non ità animum deſpondeo: facilè jacturam hanc reſarſero.	*Arnol.* Ich verliere gleichwohl den Muth noch nit: ich will dieſen Schaden bald erſetzen.
Pe. Guillelme, præſtat te mihi à tergo conſiſtere:	*Pe.* Guilielmus, es iſt beſſer/daß du hinden mir ſtehest:

pilã accipies, ſi me transvolet.

heſt: umb den Ball auffzufahen / wan er mich vorbey fleget.

Lauren. Carole, conſiſte in medio.

Lauren. Carolus, ſtehe in der Mitten.

Caro. Potius in hunc me angulum conferam, atque iſtic obſervabo, ut nè muſca quidem prætervolet impunè.

Caro. Ich will mich lieber an dieß Eck ſtellen/hier wil ich acht geben / daß nit ein Flieg vorbey fahre.

Arnol. Agedum, Laurenti, excipe pilam denuò.

Arnol. Wohlan/ Laurentius, fahe den Ball noch eins auff.

Marti. Laurenti, repelle pilam tranſvolantem me.

Marti. Laurentius, kehre den Ball / er iſt mich vorbey geflogen.

Lauren. Tranſvolavit & me.

Lauren. Er iſt mich auch vorbey gangen.

Pe. Arnolde, virum te judico: alterum terminum tam longinquum, quàm priorem emitte, & ſpondeo tibi victoriam.

Pe. Arnoldus, ich halte dich vor einen Mann: mache daß der ander Wurff auch ſo weit reiche / als der erſte / ſo verſpreche ich dir / daß wir gewonnen haben.

Arnol. Conabor pro virili. Rurſum pilam excipite.

Arnol. Ich ſoll mein beſt thun. Fahet noch eins den Ball auff.

Marti. Profectò Arnoldus eſt valido brachio. Habent duos longinquos terminos.

Marti. Gewißlich der Arnoldus iſt ſtarck in den Armen. Sie haben zwey weite Mahl.

Lauren. Longinquos quidem; ſed tamen ſuperabiles.

Lauren. Zwar weite; aber doch ſolche / welche noch können erreicht werden.

Caro. Laurenti, vide, quo conſiſtat Guilielmus

Caro. Laurentius, ſihe/ wo der Guilielmus ſtehet / betriege

loco, falle ejus manu & oculos.

Lauren. Excipe pilam, Arnolde.

Guiliel. Ut quid repercuſſum exſpectâſti? pilam debuiſſes volatu excipere.

Lauren. Cecidit comodè ſic ſatis: ſinguli ſingulas metas ſuperavimus: utrique habemus quindecim.

Guiliel. Placidè: tuâ præcipitantiâ nos opprimere ſtudes.

Caro. Stitiſti pilam tuo pileo, Petre, quod tibi fraudi eſt.

Pe. At tu ſecundo recuſſu excepiſti.

Caro. Bonâ tuâ veniâ, priore excepi.

Pe. Non commutemus inter nos verba: Martine, dirimas controverſiam.

Marti. Quantùm ego viſu colligere potui, primo excepiſſe recuſſu mihi videtur.

Caro. Vicimus triginta.

Lauren. Agè, nunc ſtationem mutemus: habemus duos terminos.

triege ſeine Hånd/ und Augen.

Lauren. Arnoldus ſahe den Ball auff.

Guiliel. Warumb haſt du gewartet/daß er widerumb zu ruck möchte geſchlagen werden? du hätteſt ihn im Flug ſollen auffſangen.

Lauren. Es gehet noch ziemlich wohl: ein jeder iſt ein Mahl überſtiegen: wir haben beyde fünffzehen.

Guiliel. Halt: du wilſt uns durch deine Geſchwindigkeit übereilen.

Caro. Du haſt dir zum Schaden mit deinem Hut den Ball auffgehalten/ Petrus.

Pe. Aber du haſt ihn mit dem zweyten Schlag auffgefahen.

Caro. Mit Erlaubnüß ich hab ihn zum erſten auffgefahen.

Pe. Laſt uns darumb keine Wort wechſelen: Martinus, mache du den Handel auß.

Marti. So viel ich hab ſehen können / gedünckt mich/ daß er ihn mit dem erſten Schlag habe auffgefahen.

Caro. Wir haben dreiſſig.

Lauren. Wohlan/ nun laßt uns den Platz veränderen: wir haben zwey Mahl.

Arnol. Excipe pilam, Laurenti.

Lauren. Præſtò ſum. Fac, commodè miſeris: tibi domum remittam. Euge! extra metas miſiſti.

Arnol. Tentabo denuò: excipite.

Marti. Pudor, Laurenti, te non potuiſſe pilam repellere: & tamen erat commodiſſimè miſſa.

Lauren. Quid, commodiſſimè? ſtringebat humum. Niſi commodiùs miſeris, Arnolde, par pari mox referam: petis pedes. Ludamus legitimè.

Caro. Laurenti, ſufficit: illorum nunc eſt intùs conſiſtere: habemus quadraginta, & terminum bene longinquum.

Guiliel. Totis viribus, Arnolde: hic eſt ictus decretorius.

Marti. Hunc ludum certò vicerimus, Guilielme.

Guiliel. Præproperè tu quidem ante victoriam triumphũ canis. Varia eſt ùt Martis, ità luſûs alea.

Arnol. Fahe den Ball auff/ Laurentius.

Lauren. Ich bin bereit. Mache / daß du ihn wohl ſchlageſt: ich werd ihn dir wider zurück ſchicken. Heya! du biſt auſſer dem Mahl kommen.

Arnol. Ich wils noch eins verſuchen; fahet ihn.

Marti. Schämeſt du dich nit / Laurentius, daß du den Ball nit haſt können zurück kehren; er ware doch ſo ſchön auffgegeben.

Lauren. Wie / ſchön auffgeben? er floge über die Erd. Wan du ihn nit beſſer auffgebeſt / Arnoldus, werd ich bald gleich mit gleichem vergelten: du wirffſt nach den Füſſen. Laßt uns recht ſpielen.

Caro Laurentius, es iſt gnug: ſie müſſen jetzt drinnen ſtehen: wir haben viertzig / und ein fernes Mahl.

Guiliel. Schlage ſo ſtarck du kanſt / Arnoldus: dieſer Schlag entſcheidet alles.

Marti. Dieſes Spiel werden wir gewißlich gewinnen / Guilielmus.

Guiliel. Du erfreueſt dich zu frühe: das Glück iſt veränderlich wie im Krieg / alſo auch im Spielen.

Arnol-

Arnol. Heus! ludite rectè: tetigit pila tibi veſtem, Carole.

Arnol. Hola! ſpielet recht: der Ball hat dein Kleid berührt/ Carolus.

Caro. Non inficior.

Caro. Ich läugne es nit.

Arnol. Habemus & nos quadraginta.

Arnol. Wir haben auch viertzig.

Lauren. Probrum! tuâ imprudentiâ, Carole, periit nobis ille terminus, aliàs inſuperabilis.

Lauren. Pfu der Schand! Durch deine Unachtſamkeit haben wir dieſes Mahl verlohren/ welches ſonſt unüberwindlich war.

Caro. Mox reſarciam.

Caro. Ich will es bald widerſetzen.

Lauren. Dinumerate ludum veſtrum.

Lauren. Zehlet euer Spiel.

Arnol. Habemus utrique quadraginta. Nunc ſeriò res agitur.

Arnol. Wir haben beyde viertzig. Nun geht es erſt recht an.

Guiliel. Luſiſti non præfatus, Arnolde: inſuper pila limites exceſſit.

Guiliel. Du haſt geſpielet ohne Anmelden / Arnoldus: darneben iſt der Ball über die Schrancken kommen.

Arnol. Præfatus ſum, bonâ veniâ; ſed fateor pilam deerrâſſe.

Arnol. Mit Erlaubnüß/ ich habs euch angemeldet; aber ich geſtehe / der Ball iſt nit wohl gefallen.

Lauren. Sumus igitur potiores.

Lauren. So ſeynd wir dan vor.

Arnol. Eſtis. Hanc, ſi poteſtis, ad datorem remittite.

Arnol Das iſt wahr. Wan ihr könnet/ kehret dieſen Ball widerumb zu dem / der ihn geſchlagen hat.

Caro. Fac, mittas commodè: conabimur.

Caro. Gib mir ihn wohl auff: wir wöllen unſer beſtes thun.

Arnol. Euge! pila iteratò tacta eſt, ſemel à

Arnol. Heya! der Ball iſt zweymahl angerührt worden/ eins von dem Marrinus, zum

Martino, iterum à Laurentio.

Marti. Quis tecum ludat? perpetuò rixaris. Pignus depono quodlibet, ſi me tetigiſſe affirment arbitri.

Pe. Falleris, Arnolde, tranſvolavit illum pila facilè dimidium pedem.

Arnol. Ubi igitur ſtitiſti pilam?

Lauren. Hîc.

Arnol. Ponatur igitur nota termini. Vos nunc intrò conſiſtite: alterum habemus terminum intra, alterum extra lineam.

Arnol. Præſtate vos viros, ſocii: nunc ſeriò res agitur.

Lauren. Excipite.

Pe. Euge! ſucceſſit: facilè duobus paſſibus terminum primum vincimus.

Lauren. Excipite: hinc pendet victoria.

Arnol. Erratum eſt: non præteriit pila lineam: vicimus luſum.

Lauren. Gratulor vobis victoriam, & gaudeo nos

zum anderen von dem Laurentius.

Marti. Wer ſolt Luſt haben mit dir zu ſpielen? du zanckeſt immerzu. Ich wette/ warumb du wilſt / wan die Scheidmänner ſagen/daß ich ihn gerühret hab.

Pe. Du fehleſt/ Arnoldus, der Ball iſt ihn ſchier einen halben Fuß vorbey gangen.

Arnol. Wo haſt du ihn dan auffgehalten?

Lauren. Hier.

Arnol. So zeichne dan das Mahl. Nun gehet ihr dan drinnen ſtehen: wir haben jetzt einmahl inner / und eins auſſer der Linien.

Arnol. Haltet euch wohl/ Geſellen: nun gehet es an ein Ernſt.

Lauren. Fahet auff.

Pe. Heya! es gehet trefflich: über das erſte mahl komen wir gern zwey Schritt.

Lauren. Fahet auff: hieran hangt das Spiel.

Arnol. Es iſt gefehlt; der Ball iſt nicht über die Linien kommen: wir haben das Spiel gewonnen.

Lauren. Ich wünſche euch Glück zu dem Sieg / und erfreue

jucundè adeò pomeridianũ hoc tempus tranſegiſſe.

Pe. Gaudemus & nos pariter. Verùm adveſperaſcit, & ludendo adeò defeſſus ſum, ut genua mihi labent laſſitudine.

Guliel. Inſuper veſpera nos domum, & ad muſea noſtra revocat: abeamus domum pariter.

Arno. Abeamus.

frewe mich / daß wir dieſen Nachmittag ſo lüſtig haben zugebracht.

Pe. Wir erfrewen uns auch. Aber es wird Abend/ und ich bin ſo müd vom ſpielen/ daß ich auff meinen Beinen nicht mehr ſtehen kan.

Guiliel. Darneben iſt es auch Zeit nacher Hauß/ und in die Studier-Stuben zu gehen: Laßt uns zuſammen nacher Hauß gehen.

Arn. Laßt uns gehen.

DIALOGUS TERTIUS.

Iactus Lapidum, aut diſcorum ad metam.

Matthęus, Marcus, Lucas, Joannes.

MAtthæus. Quo nos luſu hoc pomeridiano tempore oblectabimus?

Marcus. Ut nunc fert anni tempeſtas, lapides mittamus ad metam terræ defixam.

Matthæ. Non diſplicet. Adjungamus nobis Lucam, & Joannem.

Mar. Huc adeſte Luca, & Joannes: placétne colludere?

Drittes Geſpräch.

Das Werffen mit Steinen / oder Schwing-Kugelen nach einem Ziel.

Matthęus, Marcus, Lucas, Joannes.

MAtthæus. Mit was für einem Spiel ſollen wir uns dieſen Nachmittag erlüſtigen?

Marcus. Weil es die Zeit des jahrs alſo mit ſich bringt/ laſt uns mit Steinen nach einem in die Erden außgeſteckten Pfahl werffen.

Matthæ. Ich bin es zu frieden. Laßt wir den Lucas, und Joannes zu uns nemmen.

Mar. Kommet hieher Lucas, und Joannes: willt ihr mit ſpielen?

Lucas,

Lucas. Eâ ipsâ de cauſâ huc convenimus, vix ſumpto bene prandio.

Lucas. Eben darumb kommen wir hiehin/wie wohl wir das Mittagmahl noch kaum genommen haben.

Ioannes. Sunt mihi lapides duo percommodi.

Ioannes. Ich hab zwey gute Stein.

Mattha. Ego mihi quæro, & ægrè invenio.

Mattha. Auch ich ſuche mir einē/und kan ihn ſchwärlich finden.

Joan. Ego te altero meorum dono: accipe. Experire, an & commodus ſit.

Ioan. Da haſt du einen auß den meinen: nehme ihn/ und verſuche/ ob er auch gut iſt.

Mattha. Habeo gratiam. Ego, & Marcus unà in vos certabimus.

Mattha. Ich ſage dir Danck. Ich / und Marcus willen gegen euch ſpielen.

Lu. Per nos licet: agè sîs: vos priores jacite.

Lu. Wir ſeynd zu frieden: Nun wohl an: werffet ihr zum erſten.

Mattha. Auſpicabor: faxit Deus, ut feliciter cadat. Ohe! optimè cecidit.

Mattha. Ich will den Anfang machen: Gott gebe/daß es glücklich abgehe. Ey luſtig! es iſt wohl gerathen.

Joan. Brevì te hoc lapide prævertero.

Ioan. Bald werd ich dir mit dieſem Stein vorkomen.

Mattha. Hac linguâ exiſtimo.

Mattha. Mit deiner Zungen/ wie ich vermeine.

Joan. Etiam hac manu.

Ioan. Auch mit dieſer Hand.

Mattha. Accedis, fateor; non tamen prævertiſti me. Et tu fac, adjicias, Marce: nullo negotio vincemus duobus. Huc in pedis mei jace veſtigium, aut inter utrumque hunc lapidem.

Matthæ. Ich geſtehe/ du kommeſt nahe dabey; aber du biſt mir nit vorkommen. Marcus mache auch / daß du nahe bey werffeſt: Wir können leichtlich mit zween gewinnen. Werff hie hin/nach meinen Fußſtapffen/ oder zwiſchen dieſen beyden Steinen.

Mar.

Mar. Tentabo, ſi quid potero.

Matthæ. O jactum optimum, & commendandum! vicimus duobus.

Lu. Ad oppoſitam metam tantundem & nos præſtabimus.

Matthæ. Iſthunc præverte jactum, ſi potes.

Lu. Eia! lapis meus adhæret metæ.

Matthæ. Meus item eſt proximus.

Lu. Sed longiore intervallo.

Matthæ. Metiamur.

Lu. Cedò virgulam, aut ſtramen aliquod, Marce, ut metiar.

Matthæ. Dum arenam decutis, furtim protrudis lapidem tuum. Flatu pulvis dimovendus erat.

Lu. Salvâ pace tuâ, nondum etiam attigi.

Matthæ. Viden? nihil eſt diſcriminis. Vis redintegrare jactum?

Lu. Nolo; ſed dijudicent arbitri. Accede huc aliquantiſper, Laurenti:

Mar. Ich will verſuchen/ ob ich es kan.

Matthæ. Das iſt ein ſchöner/ und lobwürdiger Wurff! Wir haben mit zween gewonnen

Lu. An dem anderen Stecken werden wir eben daſſelbige thuen.

Matthæ. Komm dieſem Wurff vor/ wan du kanſt.

Lu. Heya luſtig! mein Stein ligt auff dem Stecken.

Matthæ. Der mein iſt auch näheſt dabey.

Lu. Aber noch weiter darvon.

Matthæ. Laßt uns meſſen.

